



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

JO. GEORGII KULPIS, JC.
COLLEGIUM
GROTIANUM,
SUPER JURE BELLI AC PACIS.

ANNO clō lōc LXXXII.

IN ACADEMIA GIESSENSI

XV. EXERCITATIONIBUS
primūm institutum,

Nunc locis aliquot auctum, altera vice editum.



G I E S S Æ .

Sumptibus ALBERTI OTTONIS FABRI,
Typis MÜLLERIANIS.

M DC LXXXVI. Digitized by Google

3074 24 60
SINGAPORE
MORCHEL

1745
SALSOBATORIA
MORCHY

Illustri VIRO
D. CHRISTIANO
ERNESTO de Reichenbach /

Domino in Bickenbach / &c.

*Summi per Germaniam Tribunalis, quod Spire est,
hactenus Assessori;*

Nunc etiam à Sacrà Cæsareâ Majestaté Consiliario
Imperiali Aulico designato,

Patrono suo Optimo

S. P. D.

JO. GEORGIUS KULPIS.

INter cætera solatia, quibus
publicos qualiumcunq; stu-
diorum meorum laborumq;
):(2 conatus,

conatus, sustentavit hætenus, ve etiam
ornavit, Numen Benignissimum, Ma-
gnorum Virorum amicitias ac neces-
situdines, adeo semper reputavi, ut potis-
simo fere loco habuerim. Quemad-
modum vero non pauca istius, quæ mi-
hi heic obtigit, felicitatis, exempla in u-
niversum connumerare possum; ita in
illo quoque censu, quod Nomen TV-
VM illustre referre venerarique mihi
licuerit, valde omnino sum lætatus. Et
quanquam nondum primum, si recte
memini, effluxit lustrum, ex quo in pro-
piorem TVI notitiam pervenerim, in-
finita tamen TVA fuere beneficia, qui-
bus me hætenus affecisti, quando & li-
teris

teris TVIS, & familiarioribus subinde
alloquiis me sæpius honorasti, & fortu-
narum quoq; mearum curam aliquan-
do suscipere, non averfatus es. Ist hæc
omnia, ea rerum argumenta præbent,
quæ TIBI me devinctissimum redde-
re, & ad immortales gratias referendâs
obligare, satis queunt; quas etiam, si par
essem, vicissim præstare, rem magis ipsa,
quam verbis, nō desinerem: nunc autē,
ubi facultatū tenuitas eousq; progredi
mihinondum permittit, ex more obæ-
ratorum debitorum, ne amplius, quam
in id, quod facere possum, condemner,
unice rogandus es. Interea tamen, pi-
gnoris loco, hunc animum meum, ad-

):(3 versus

versus beneficia **TUA**, gratisimum
perpetuoque memorem, substituo, cu-
jus rei indicium, præsentis Libri inscri-
ptione, **TIBI** fieri, haud difficulter for-
tasse patieris: hoc enim dum facis, nihil
aliud quam specimen ostendis illius
TUÆ Magnanimitatis, quæ, grandi-
tate **TVORVM** in Rempublicam
meritorum, constanter sociata, ad su-
premos jam Gloriæ gradus **TE** produ-
xit. Post felicissime pridē peracta, Do-
ctoris in Academia, Consilii in Cu-
ria, Cancellarii in Aula, amplissima sa-
ne, munia, commune per Germaniam
Tribunal, quod summa non minus po-
testate, quam celebritate, Spiræ consti-
tutum

tutum est, in Senatorum suorum, id est,
talium Virorum, qui, sive vetustam
gentis nobilitatem, sive complemen-
tū omnis eruditionis, sive infinitas alias
animi dotes, respicias, inter ornamenta
seculi collocari, & apud posteritatem
ambitiose ostentari possunt, nume-
rum **TE** recepit, ut, quem in Nobilissi-
mam antea Patriæ Nostræ partem vir-
tutum **TVARVM** splendorem dif-
pensasti, eum universæ deinceps indul-
geres, largiterque in commoda Illius
permitteres. Nunc, propinquiori **SA-**
CRATISSIMI LEOPOLDI IM-
PERATORIS admisione, inter Il-
lustres quoque Iudicii Imperialis Au-
lici

lici Consiliarios, pari felicitate, delectus
es, ut nihil sit, quod non, maximis TVIS
in Rempublicam studiis, tandem oc-
cupaveris. Inter publica isthac congra-
tulantium gaudia, ego, privatâ devo-
tione, in votum desinam, Deumque
precabor, ut TIBI, VIR ILLV-
STRIS, constantem animi corpo-
risque vigorem largiatur, quo, in feros
usque annos, & cum multa adhuc Rei-
publicæ salute isthac, quam meritus es,
fortunâ TUA optimâ perfrui, illiusque
fructus uberrimos in posteros TVOS
transmittere possis.


JO.

JO. GEORG. KULPIS
In Alma Studiorum Vniversitate

Argentoratensi Instit. Imp. & Juris publici Professor Ordinarius; nunc quoque Serenissimi Ducis VVürtembergici Consiliarius, Eiusdemque Senatus Ecclesiastici Vice-Director designatus.

LECTORI BENIVOLO

S. P. D.

 *Ondum quatuor integris sunt anni, ex quo Collegium meum Grotianum, Exercitationibus aliquot Academicis adornatum, in publicam lucem prodire passus sum. Quenam tota instituti fuerit ratio, in proloquio ad Lectorem tum satis indicatum est, nimirum, in usus Auditorum meorum, quos eo tempore habueram, res omnis, & unice quidem, erat destinata. Sed longe fauentiora fata Liber iste est expertus, quam vel pretio suo, quod satis exiguum habere confiteor, merebatur, vel ipse etiam, quando eum concepi, cogitare poteram: nam, & benigniora passim Celeberrimorum Virorum iudicia sensit, tum allegationibus publicis, tum privatis ad me literis, subinde demonstrata; &, ne affectui fortassis in me alicui ista solummodo adscriberem, non desuerunt praeterea in diversis Academiis,*
):(:(: *qui*

qui intradenda explicandaque Jurisprudentia Universalis
disciplina, ductum harum Exercitationum sequi maluerunt.
Unde etiam factum est, ut exempla fere omnia breviori tempore
distraberentur. Ego quidem adhuc ita Verecunde de me sentio,
ut prater gratiam, quam publico favori hinc debeo, nihil esse,
sciam, quod sollicitum me ulterius reddere possit debeatve; nisi
quod existima verum, postquam secundam editionem parari
significabatur, opera pretium me facturum esse, si, quae deessent
prima tractationi, supplerem, et in unversum politius ista omnia
excolerem, ut splendidiori quodammodo habitu Erudito orbi se
denuo sistere valerent Exercitationes istae: Sed intra conatus
nudos Consilium hoc desistere iusserant; tum frequentiores la-
bores Academici mei consueti, tum Practicae quoque, ut sic dicam,
occupationes quaedam, quibus in Republica sustinendis interea
paulo propius admotus fueram, ut prater unum atque alterum
locum, quem subitanea lectio per occasionem suggestit, fere nil
addiderim. Veniam vero dabis, L. B. fialis, uti spero, specuni-
nibus deinceps demonstrare annitar, pro munere illius, in quo
constitutus sum, et facultatum mearum, conditione, me saltem
non fuisse otiosum. Argentorati III. Eid. April. An. Christi
1636 LXXXVI.

Praefa-

Præfatio primæ Editionis, de instituto Auctoris.

Qualemunque hunc libellum *Collegii*, si forte non satis latino, recepto tamen inter Eruditos, suæque significationis mensuram facile cuivis expressuro, nomine, insignire placuit, quod sic argumentum illius, ac omnem institutæ tractationis rationem, primo velut intuitu cognosci posse, æstimaveram: cum, quæ in Studiorum Universitatibus Collegiorum, ut vocant, sit indoles, & cui proposito illa serviant, apud commune etiam literatorum vulgus satis superque constet. Inde quoque vim suam mutuabitur, si quid defendi aut excusari opus habeat, quicquid est hoc scriptiois, ad quam sane non meapte sponte accessi, sed Commilitonum rogatu tractus sum; cum enim *Hugonis Grotii, de Iure Belli ac Pacis libros*, nobilissimis quibusdam Academicæ nostræ Juvenibus, privatis scholis exponerem, ac more meo summa dictorum capita in theses redigerem concisiores, super quibus ordine certo Disputationes deberent institui, ut, si quid in recitationibus nostris dubii superfuerit, aut penitus manserit intactum, id heic expediretur supplereturque, desiderarunt aliqui ex his, qui Disputantium numero interesse cupiebant, ad calammum quædam ipsis dictarem, quorum subsidio in propiorem harum rerum notitiam possint venire, non defui petitionibus istis, semel atque iterum, quanquam alias de more isto, quo fere nil aliud, quam ut discantium lassentur digiti, efficitur, non admodum magnifice sentiam. Sed cum temporis ratio longius id institutum continuare non patiebatur, convenerunt ipsi, de *Exercitationibus* istis typis exprimendis, quibus ego, quæ voluerant, consignare promiseram. Et initio quidem animus erat, non

nisi selectiores controversias ex singulis capitibus decerpere, ubi
vetior opinio rationibus suis breviter munitur, additis auctorum
in utramque partem nominibus, ex quibus plenior totius rei se-
ries posset comprehendi, quale propositum Exercitationum pri-
ma etiam ostendit, sed cum deinceps observaveram, posse eâ-
dem operâ Universi Grotiani Operis argumentum, velut in com-
pendio quodam, exhiberi, non tantum ad singula capita, sed &
singulos capitum numeros, ordine, quo se insequuntur, animum
applicui atque stylum, eâ ratione, ut prolixiores Grotii senten-
tias paucis verbis redderem, ubi eadem vel obscuræ videban-
tur, vel etiam non satis probæ, unius aut alterius vocolæ supple-
mento, planas facerem, aut penitus emendarem, quod Grotianis
traditis superaddi commode poterat debebatve, in *annotata* com-
ponerem, qualia eo præterea consilio subjunxi, ut sic sententia-
rum, quas ego defendendas susceperam, testes alios excitare, ad-
versarum quoque partium nomina appellare, subinde possem, &
quoniam Auditorum meorum profectibus unice prodesse cupie-
bam, factum hinc est, ut, cum sæpissime hoc speciali rogatione à
me contenderent Illi, argumentis ac rationibus, quæ pro con-
trariis opinionibus solebant afferri, aliquando satisfacere fuerim
conatus, nam quo plura removebantur impedimenta, eo paratior
apparebat via, quæ disceptantes ad veritatem ducere posset. Ista
hæc indicare necessarium judicavi, ne quis alio, quam revera pro-
positum erat, consilio, hanc scriptionem accipiat: Grotium ip-
sum ex Grotio Commilitonibus proponere, non in Grotium
Commentarium librum scribere, volui, quod postremum, sicut
meæ facultatis non esse, libenter agnosco; ita, si etiam foret, eam
tamen nunquam susceperem operam, quam, nisi tali forte ab-
solvatur instituto, quali *Bæclerus* olim felicissime ceperat, nec ne-
cessariam puto, nec utilem; non quod aliorum laboribus, qui
huc sunt impensi, quicquam de suo pretio velim ullâ ratione detra-
here, sed quod credam, post tot *annotata*, *animadversiones*, *observati-
ones*, quales à *Doctissimo viris* jam sunt editæ, parum superesse in
Grotio,

Grotio, quod non privato idonei lectoris studio, pervideri possit, aut etiam, ubi opus fuerit, corrigi. Alias enim, si isthoc scribendi genere perrexerimus, futurum penitus credo, ut paria sequantur Grotium fata, ac Jus Romanum & Philosophia Aristotelis multa infelicitate senserunt, ex quo infinitæ Interpretum quorumcunque expositiones accesserunt traditionesque, siquidem deinceps non tam de rebus ipsis, quam verbis Græcii procul dubio essemus solliciti, ac tandem super ipsis Interpretum sententiis diversisque opinionationibus philosopharemur, donec notarum notæ, & in Commentatores Commentarii iterum prodirent, qua quidem re nihil est stolidius, nihil ad impediendam veram eruditionem fortius, nihil ad barbariem propius. Quanto consultius fuerit, cum ipso Grotio propiorem quandam contraxisse necessitudinem, ac disciplinam ejus penitus imbibisse, quæ, nisi in sacrarum literarum allegationibus erroribus se implicuisset, omnino ultra ingenium humanum aliquid sapere fuisset visa. obtineri id omnium optime potest, si ex iisdem, unde Grotiana derivata sunt, subsidiis, qualia & in margine operis, & in annotatis fideliter indicantur, ipsam rerum seriem, adhibito, uti par est, judicio & industria, repetere sustineamus, qui hinc profecerit, habebit aliquando, de quo sibi non immerito poterit gratulari. Cæterum, ut præsentem laborem adversus illorum criminationes vindicemus, qui de opere Grotiano, aut ipsa Jurisprudentia Universali, abjecte sentire & loqui assueverunt, operæ pretium nequaquam fuerit, quibus enim adeo ignotus est Grotius, ut etiam legisse eundem, vel juventui ad legendum commendasse, religioni ducere non dubitent, eis sane proprium ingenium sat gravis pœna est, non deerunt tamen puto amici, qui suaserint, velint suis judiciis deinceps abstinere, ne toties illud *ne futor ultra crepidam*, audire cogantur. Quibus universalis jurisprudentiæ usus nondum est perspectus, aliis quæso ne invidiant, quando se heic non quod pueri in fabis reperisse credunt. Sicut autem ejusmodi homines suo sensu abunda-

re facile permitto, ita nec mihi spero irascentur isti, si hoc dicere audeam, me felicem hunc diem prædicare, quo Grotianum opus primum in manus sumsi, & quo deinceps in recessus tam nobilis thesauri propius intrare, præsentisque ejus usus passim comprehendere mihi licuit. Neque etiam puto indignabuntur, qui in Grotium *commentati* sunt, aut aliis operibus *Naturali ac Rationum Juri* illustrando industriam intenderunt, *Viri Clarissimi*, quorum nomina veneror, quod subinde in philosophiam eorum inquisiverim, nam quo consilio id factum sit, jam dicere præoccupavi, nusquam vero modestæ regulas me deseruisse, promittere audeo, si vero re ipsa fuerim quandoque hallucinatus, sponte mea concedam. Vale, Benivole Lector, & qualicunque huic opellæ fave. Scrib. Giessæ Hassorum KL. Septembr. A.C. c15 10c LXXXII.

Nomina DNN. RESPONENTIVM, CITRA VLLUM dignitatis aut eruditionis præjudicium, eo ordine collocatorum, quem fors singulis Disputationum serie assignavit.

- I. JO. FRIDERICUS Brämer/ Hafniensis.
- II. LUCAS vom Rämpe/ Hamburgeris,
- III. CHRISTIANUS WILHELMUS, Hulderici Fil. von Eyben/
- IV. WILHELMUS HARTMANNUS CRANZIUS, Giessensis Hassus,
- V. JO. CONRADUS FABRICIUS.
- VI. JO. ANTHONIUS CLOTZIUS.
- VII. PETRUS, Petr. Fil. MUSÆUS, Holfatus.
- IIII. JO. LUDOVICUS STEFFENS.
- IX. JO. HENRICUS LANGNERUS, Haynâ-Sileus.

COLLE GII GROTIANI,

EXERCITATIO I.

Respondens

J. F. Drämer / HAFNIENSI.

I.

Datur *Iurisprudentia Vniversalis*, quæ in legibus perpetuis occupata, omnibus gentibus ac civitatibus, semper & ubique, communis est, eaque nunc sub *Naturalis & Gentium Iuris* nomine tractari solet; cui contradistinguitur *particularis*, quæ circa unius alicujus populi jura moresque versatur, pro diversitate gentium temporumque maxime diversa, exemplo Germanicæ, Romanæ, Gallicæ, Suevicæ.

Ad Prolegomena.

Conf. Joachûm. Hopperus *de arte Jur.* l. 1. c. 1. & *de Vera Iurisprud.* L. 1. tit. 1. seqq. Jo. Ludovic. Praechius *de Jcto vero & person.* §. 17.

II. Quo præstantius vero est Universalis Jurisprudentiæ objectum, eo dignior a) illa ipsa est cæteris: Cujus notitia alias uti in universum, ita præcipue ad comprehensionem solidiorem cujuscunque juris particularis, *utilis* b) non modo, verum *necessaria* c) etiam debet haberi; frustra nitentibus, qui aliter statuere volunt, d)

a) ostendit præter Ciceronem *Orat. pro Balb.* c. 6. Samuel Ratchelius *præfat. ad Instit. Iurisprud.* p. 3. 9. II.

b) Jo. Selden. *de Jur. N. & G. præf.* Tom. Hobbel. *Præf. Element. de Civ. Casp. Ziegler. præf. ad Croc.* & p. 39.

c) Praechius *allegat. libell.* §. 18. Jo. Schilter. *Mauud. Philos. Moral. ad Jurisp.* c. 1. §. 10.

d) quorum arguments resutarunt Praechius *d. l.* Bœcler. *ad Grot. p. 31. seqq.* Grasvvinckel, *ad proleg. Grot.*

A

III. Ad

III. Ad præmuniendam hanc disciplinam, necessum est, ut de naturalis Juris *existentia*, tum *fundamento* ante omnia constet. Esse aliquod jus naturale, præcisâ quoque sacrarum literarum autoritate, ex conditione humanæ naturæ, insitaque Numinis reverentia, luculenter potest demonstrari: e) nequaquam verò, si cum Moralistis, quos improvide Grotius sequitur, daremus, quod sine summo scelere dari nequit, *non esse Deum*, f) cujus hypotheseos absurditati parum concedunt, nec longe absunt, illorum opiniones, qui vel *stultitia* nomine Jus Naturæ cum Carneade infamant; vel inter *privatos* solum, non *Civitates*; aut unice *pacis*, non *belli* tempore, id omne vigere contendunt. g)

- e) *male ergo negarunt Carneades, apud Lactantium Inst. Div. V. 16. Cyrenaici de quibus Laërtius L. 2. vit. Aristipp. aliisq; passim confutati. Vid. Illustr. Pufendorfius de I. N. & G. II, 3, 10. & 11. Robert. Scharrock. de offic. c. 2. n. 1. 2. 3. Rachel. Diss. de Jur. Nat. §. 29. Eichel. de jur. nat. parent. & liber. part. I. §. I. seqq.*
- f) *Conf. Lucas Opalenius vel potius Paulus Nazocelius de offic. Proleg. p. 1. Pufendorf. de I. N. & G. II, 3, 19. & de offic. I, 3. 10. Ziegler. ad. Grot. p. 7.*
- g) *quales omnes prolixius Grotius revellit.*

IV. Quodnam vero hujus sit *fundamentum*, seu propositio fundamentalis, nondum conveniunt; h) Illud certum est, si de scientia juris naturalis accuratè loquamur, quatenus ab aliis disciplinis, nominatimque Theologia morali discernitur, debere propositionem talem hujus esse naturæ, ut omnia illius præcepta compendio in se complectatur, & ex hac ista facili & perspicua subsumptione deduci, in eamque resolvi possint, præterea quoque ejusdem veritas ex solo rationis lumine innotescat, ac à quo-

quolibet, quamcunque circa religionem habeat persuasionem, admittatur. i)

h) *Sicut constat ex recensione variarum opinionum, & earum examine, à Pufendorfio de I. N. & G. II, 3. & specim. Controu. c. 4. instituto.*

i) *explicitantur hac requisita ap. Eundem c. 4. §. I. & 24. Apolog. §. 23.*

V. Hoc quin variis modis possit fieri, dubitandum non est. Quare nec insectandos censeo, qui ex diversis fontibus id repetunt, dummodo in se veri sint, ac alias admitti possint. Quales utique haberi non debent illorum opinionationes, qui vel in *Præceptis Noachicis*; k) vel sola *utilitate*: l) aut *proprie salutis studio*; m) vel etiam in *actibus*, quos *homines communiter cum brutis appetunt vel averfantur*, n) hoc quaerere volunt.

k) *exemplo Hebræorum, de quibus Selden. I, 10. quod merito consulas. Cl. Zentgrafius de Orig. Iur. Nat. art. vi. §. 38.*

l) *quod Epicuro imputaverat Cicero. Conf. Gassend. Tom. II. p. 786. qui in Philosophia Epicurea p. 1527. multa pro hac sententia offert, adversus quam disputat Augustinus de Doctrin. Christ. L. 3. c. 14. & Cicero II. offic. 3. seqq.*

m) *ut Hobbesius Elem. de Civ. c. I. §. 7. & Leviathan. c. 14. quem præter Pufendorfium, reprehenderunt Scharrockius, Cockius, & Antagonistarum reliqui.*

n) *hoc ex Interpretibus Juris Romani plures, Ulpianeam definitionem l. I. de J. & J. pressius secuti, asserunt; quod recentiorum alii probant; alii excusant & in commodum sensum trahere laborant; alii penitus rejiciunt, sicut commentarii passim docent.*

VI. Aliud dicendum puto de his, qui fundamentum constituunt, vel in *cultu divino*: o) vel *amore Dei & hominis*: p) vel *illud ex conformatione creatura rationalis cum creatore*: q) aut *comparatione ad Decalogum*: r) vel *ex fine mundi*

III. Ad præmuniendam hanc disciplinam, necessum est, ut de naturalis Juris *existentia*, tum *fundamento* ante omnia constet. Esse aliquod jus naturale, præcisâ quoque sacrarum literarum auctoritate, ex conditione humanæ naturæ, insitaque Numinis reverentia, luculenter potest demonstrari: e) nequaquam verò, si cum Moralistis, quos improvide Grotius sequitur, daremus, quod sine summo scelere dari nequit, *non esse Deum*, f) cujus hypothesos absurditati parum concedunt, nec longe absunt, illorum opiniones, qui vel *stultitia* nomine Jus Naturæ cum Carneade infamant; vel inter *privatos* solum, non *Civitates*; aut unice *pacis*, non *belli* tempore, id omne vigere contendunt. g)

- e) *male ergo negarunt Carneades, apud Lactantium Instit. Div. V. 16. Cyrenaici de quibus Laërtius L. 2. vit. Aristipp. aliisq; passim confutati. Vid. Illustr. Pufendorfius de I. N. & G. II, 3, 10. & II. Robert. Scharrock. de offic. c. 2. n. 1. 2. 3. Rachel. Diss. de Jur. Nat. §. 29. Eichel. de jur. nat. parent. & liber. part. I. §. I. seqq.*
- f) *Conf. Lucas Opalenius vel potius Paulus Næocelius de offic. Proleg. p. 1. Pufendorf. de I. N. & G. II, 3, 19. & de offic. I, 3, 10. Ziegler. ad Grot. p. 7.*
- g) *quales omnes proluxit Grotius revellit.*

IV. Quodnam vero hujus sit *fundamentum*, seu propositio fundamentalis, nondum conveniunt; h) Illud certum est, si de scientia juris naturalis accuratè loquamur, quatenus ab aliis disciplinis, nominatimque Theologia morali discernitur, debere propositionem talem hujus esse naturæ, ut omnia illius præcepta compendio in se complectatur, & ex hac ista facili & perspicua subsumptione deduci, in eamque resolvi possint, præterea quoque ejusdem veritas ex solo rationis lumine innotescat, ac à quo-

quolibet, quaecumque circa religionem habeat persuasione[m], admittatur. i)

h) *Sicut constat ex recensione variarum opinionum, & earum examine, à Pufendorffio de l. N. & G. II, 3. & specim. Controu. c. 4. instituto.*

i) *explicantur hac requisita ap. Eundem c. 4. §. 1. & 24. Apolog. §. 23.*

V. Hoc quin variis modis possit fieri, dubitandum non est. Quare nec insectandos censeo, qui ex diversis fontibus id repetunt, dummodo in se veri sint, ac alias admitti possint. Quales utique haberi non debent illorum opiniones, qui vel in *Præceptis Noachicis*; k) vel sola *utilitate*: l) aut *proprie salutis studio*; m) vel etiam in *actibus*, quos *homines communiter cum brutis appetunt vel averfantur*, n) hoc quaerere volunt.

k) *exemplo Hebræorum, de quibus Selden. 1, 10. quod merito constat. Cl. Zentgrafius de Orig. Jur. Nat. art. vi. §. 38.*

l) *quod Epicuro imputaverat Cicero. Conf. Gassend. Tom. II. p. 786. qui in Philosophia Epicurea p. 1527. multa pro hac sententiâ asserti, adversus quam disputat Augustinus de Doctrin. Christ. L. 3. c. 14. & Cicero II. offic. 3. seqq.*

m) *ut Hobbesius Elem. de Civ. c. 1. §. 7. & Leviathan. c. 14. quem præter Pufendorffium, reprehenderunt Scharrockius, Cockius, & Antagonistarum reliqui.*

n) *hoc ex Interpretibus Juris Romani plures, Ulpianeam definitionem l. 1. de J. & J. pressius secuti, asserunt; quod recentiorum alii probant; alii excusant & in commodum sensum trahere laborant; alii penitus rejiciunt, sicut commentarii passim docent.*

VI. Aliud dicendum puto de his, qui fundamentum constituunt, vel in *cultu divino*: o) vel *amore Dei & hominis*: p) vel *illud ex conformatione creatura rationalis cum creatore*: q) aut *comparatione ad Decalogum*: r) vel *ex fine mundi*

mundi conditi, s) repetunt. Possunt enim hæ sententiæ omnes usurpari, & ad concordiam facillè redigi, quamvis non ignorem, habere *alios* t) quod desiderent.

- o) *Sicut Ampliff. Noster Antecessor D. D. Nitschius Elem. Jurisp. Univ. MSC. l. 1. c. 1. §. 6. quo etiam inclinat D. Zentgraf, de orig. Jur. N. art. V. §. 9. seqq. & art. IX. §. 16.*
 p) *quod facit Joach. Hopperus de art. Jur. L. 1. fol. 21. b. Hugo de Roy de eo quod iust. L. 1. tit. 3. §. 5.*
 q) *qua est sententia D. Zentgrafii art. V. §. 22. & art. IX.*
 r) *ita Philo Judæus, de Decalog. Georg. Calixtus Theol. Moral. cap. de LL. p. 60, laudat q, hunc modum Bœclerus ad Grot. p. 4.*
 s) *Lambert. Velthufius de Princip. Inst. & decor. p. 964. edit. noviss.*
 t) *Cl. Pufendorfius priores quatuor opiniones rectius Theologia Moralis, quam juris naturalis fundamentum exponere putat, Spicileg. pag. 38. 40. 43. novissimam vero adhuc obscuram esse, de l. N. & G. II. 3. 12. adde de secunda judicium Bœcleri ad Grot. p. 8.*

VII. Omnino autem non est repudianda sententiæ, *Veteribus* u) jam laudata, quæ *custodiam societatis* humano intellectui convenientem, *jurinaturæ*, tanquam fundamentum, substernit; quam *Grotius* quoque repetiit, *Bœclero* x) propterea commendatus: Sunt quidem, quibus ea haud placet, y) ego tamen asserere non dubito, isthoc principium deducendi *juris naturalis*, non *genuinum* solum & manifestum, sed sufficiens etiam ac *adequatam* debere haberi, atque hoc *Pudendorsum* z) nunc abunde demonstrasse.

- u) *Sufficiat inter gentiles, Aristotelem I. Pol. I. 2. & Cicero- nem toto officiorum opere: ex Christianis, Augustinum Doctr. Christ. l. 3. c. 14. allegasse.*
 x) *qui ipsum rectè & meritò hoc fecisse asserit, Comment. p. 57. & p. 5, inter præclarè à Grotio tradita hoc refert.*

y) *ex*

y) *ex Commentatoribus Grotianis*, Zieglerus p. 6. & Ofiander *obs. §. Ex aliis Eric. Mauritius de Princip. Iur. Publ. p. 47.* Rob. Scharrock. *de offic. c. 2. n. 10. ad argumenta tamen ab his allata, respondit Rachel. Diss. de Iur. Nat. §. 28.*

z) *Element. Iurisspr. Univ. L. 11. obs. 4. ac de I. N. & G. 11. 3. 15, seqq. quare confectores Indicis Novitatum errarunt, quando inter errores hoc resulerunt, §. 18. quod merito iisdem expröbravit Pufendorf. Apolog. §. 23. Speciosiora sunt, qua ab aliis fuere obiecta; dispungi tamen forte poterunt, ex iis, qua Specimin. Contr. c. 4. leguntur tradita, & nisi fallor, in variis vocum acceptionem his omnia heic quidem resolvitur, saltem qua Cl. Zentgrafius de Orig. Iur. N. art. VI. §. 16. seqq. dixit, ac Celeberr. Pufendorf. in Spicileg. p. 35. reposuit, si quis liberalius agere velit; conciliari facile possent, ut alias ostendimus. Respondere etiam conabimur ad ea, qua Dn. Strimefius Epricif. §. XIII. regeffit.*

IX. Sicut verö socialitas ipsa homini pro imperio à Deo est iuncta, a) ita eidem appetitus quoque socialitatis naturalis est, b) adeoq; ad societatem naturä aptus natus, non disciplina demum factus credi debet, secus atque Hoppe-*susc*) existimavit, aliis d) certatim refutatus.

a) Pufendorf. *de I. N. & G. 11. 3. 20. quanquam iterum dissentiant Zentgraf. alleg. tract. art. V. §. 8. & Pufendorf. Spicileg. p. 35. seqq.*

b) *quod veteres etiam ostenderunt, Cicero I. offic. 44. Aristoteles loco jam laudato.*

c) *Elem. de Civ. c. 1. §. 2. & in nos.*

d) *Böeclero ad I. Grot. p. 47. Pufendorfio Element. L. 11. obs. 3. §. 4. §. ac de I. N. & G. 11. 3. 18. Obrechtio Appendice Dissert. de Communione, Præsida Schalierno Argentorati A. 1664. habita.*

IX. Cæterum inter *Opera Jurisprudentia Universalis*, reliquis omnibus *Grotianum* facile palmam præripit, e) cujus institutum quo præclarius est, si causas scriptio-
methodum & argumentum singulorum librorum, tra-

Stationis decursum, dicendique genus respicias, eo dolendum magis, inter præsidia, quibus autor fuerat adjunctus, non pari dexteritate, quâ veteres Philosophos Historicos, Poëtas, Oratores, Jctos, tractare nõverat, in *sacrarum literarum locis* eundem fuisse versatum; sunt enim intolerabiles errores heic commissi: f) à *Nostri* g) tamen hætenus ita correcti, ut ad legendum absque periculo opus meliori juventuti deinceps possit commendari.

e) *Illustis Strauchius Noster, Censur. super Comment. D. Simon. ad Grot. Quod Justinianus juris Romani seclatoribus, quod Hippocrates Medicorum filius, quod sapientia Studiofis est Aristoteles atque post Aristotelem, post Hippocratem, post Justinianum multi esse concupiverunt, nemo assecutus est, id Rerum-publicarum Consultis, earum scilicet quæ præter Deum nemini obnoxia sunt, & natura duntaxat atque Gentium jure utuntur, solum opus Grotianum & hætenus fuerit, & post hæc forsam futurum sit.*

f) *Conf. iudicium Bœcleri, p. 19. Inter graviores, & quibus totum opus perpetuo fere deformatur, sunt 1. discrimen legis antiquæ & novæ, ex Socinianis scholis desumptum, quasi Christus alias leges Mosaicæ addiderit, ad eoque non Interpretes modo veterum, sed & Lator novarum legum fuerit. 2. Quod in oraculis aliisq; locis V. T. sæpius judaizet. 3. in N. T. ætior, quod mores & vitæ regulas attinet, sit obligatio, quam V. fuerat. 4. quod in divinis etiam, præter præcepta, consilia admittat; quasi plus facere possit homo quam Deus præcepit. specia- lius collegit, Valentinus Musculus, præfatione versionis Germanicæ Libelli Grotiani, de veritate relig. Christi. An. 1656. Holmiæ edita.*

g) *Prolixius quidem à Theologo Clarissimo Jo. Adamo Osiandro, iusto Commentario: concisius vero à Zieglero, & Cæo Summo, Animadversionibus, ad Grotium.*

I.

Ad lib. I. Cap. I. **R** Ectè definit Grotius *Bellum*, quod sit *Status per vim certantium quæ tales sunt: Statum puta rei potius, quàm hominis*, aut si de hoc velis, statum non *simpliciter naturalem*,

ralem, a) sed ex *hypothesi* saltim, aut *subsidiarium*, b) particula vero, qua tales, addita est, ut cum respectu & in ordine ad alios homines c) intelligatur. Quibus observatis, quæ ab aliis d) desiderantur, expediri haud difficulter possunt.

a) Sicut Hobbes. de Civ. c. 1. & Leviath. c. 13. non pacem, sed bellum esse statum hominis naturalem contendit, cuius philosophiam præclare excussit Pufendorf. de J. N. & G. II, 2, §, seqq.

b) Conf. Pufendorf. Element. lib. 1. def. 3. §. 6.

c) explicante ita Pufendorffio de J. N. & G. I, 1, 8.

d) obijciunt enim aliqua b. l. Feldenus p. 5. ac Osiander obs. I. p. 133. quibus tamen responsum est à Viris summis, Boëclero b. l. p. 78. & Obrechto Diss. de Rat. Bell. c. 1. §. 2.

II. *Dominium Eminens* non demum à Grotio est effectum, sed in ipsa Majestate naturaliter comprehensum, Ille primus in *separatum* jus prudenter distinxit, ac operationes ejus erudite explicavit, e) quare qui *impugnare* f) voluerunt, nomen potius quam rem ipsam impugnasse visi sunt.

e) quod ut amplius constet, suppleri h. l. debent, qua Grotius II, 14, 7, III, 19, 7. & III, 20, 7. tradidit: add. in primis Bæcleriana Dissertatio Commentario Grotiano heic inserta, ac Pufendorf. IIX §, 7.

f) fecerunt hoc Feldenus ac Zieglerus notis ad Grotium, Lyserus vero integris Dissertationibus, cui scriptis contrariis ab Hornio est responsum.

III. De *Justitiæ partitione*, ac descriptionibus *specierum* varia admodum est. D. l. disciplina, quæ, nisi fallor, ex confusis heic peripatheticæ & Stoicæ philosophiæ principiis orta est, utut vero, quæ de proportionum usu monuit Grotius, alii g) jam observaverint, argumentis tamen, qualia ipse attulit, sententia Aristotelis, quod in distributiva seu attributrice *Justitia* proportio geometrica, in explettrice seu correctoria, arithmetica obtineat, nondum convellitur, quam recentiorum quidam h) amplius etiam defenderunt.

g) Conf.

- g) *Conf. Jo. de Dicastillo de Inst. & Jur. L. 2. Tr. 2. Disp. 1. dub. 3.*
 h) *Pufendorf, Elem. Jur. Univ. l. 17. ac de J. N. & G. l. 7. 9.*
Felden. Elem. Jur. part. 1. c. 3. 4. qdd. D. D. Nitschius Ele-
ment. Jurisp. Univ. L. 1. c. 2 §. 4.

IV. *Descriptionem* Juris naturæ Grotianam, hi i) impugnarunt, illi k) defenderunt, in medio reliquerunt alii, definitione nova substituta. l) Ego istam locum suum facile rueri existimo.

i) *Feldenop. 26. & Osiandro obs. 1. p. 175. Eichelio Tr. de Jur. nat. parent. & liber. part. 1. §. 5.*

k) *Bœclero p. 153.*

l) *ut Strauchius ad Gratian. dissert. 1. distinct. 1. §. 5. Rachelius diss. de Jur. nat. §. 33.*

V. Rectè autem ex solo *Numinis supremi præscripto* obligationem juris naturalis repetiit *Grotius*, m) cujus præcepta, honestum vel turpe, bonum vel malum morale indicantia, *decreto legis æternæ* innituntur, nobis verò per *dictamen rectæ rationis*, tanquam medium promulgandi innotescunt o) quare habuissent etiam perfectam *vim obligandi*, licet Deus ea nunquam in verbo quoque revelato proposuisset, p)

m) *ac cum eo Seldenus l. 8. Pufendorf. de J. N. & G. II, 3, 20 & de offic. I, 3, 10. & XI.*

n) *Bœcler. polit. II, 3, p. 117. seqq. Zentgraf. Tract. sui art. IV. §. 16. 17.*

o) *Conf. Calixt. Theol. Moral. p. 46. 47. Joac. Hildebrand. Diss. de leg. ætern. §. 51. seqq.*

p) *secus ac Hoppefius de Civ. III, 33. docet, rectè à Pufendorfo confutatus.*

VI. Sicut autem gravissimè hallucinantur, qui, præterito primo illo fonte, quid justum vel injustum, bonum vel malum, honestum vel inhonestum sit, *legibus Civilibus* demum definiri, asserunt: r) ita nescio anrigidius
 examen

examen sustinere possit illorum philosophia, qui altius adscendere, ac moralitatem, ut vocant, objectivam, quæ ad voluntatem divinam antecedenter se habeat, statuere volunt. Cum enim honestas sive necessitas moralis & turpitudine sint affectiones actionum humanarum, ortæ à convenientiâ vel disconvenientiâ à norma, quæ hic est Lex æterna: ea autem sit decretum voluntatis divinæ, non adparet, quomodo ante voluntatem divinam honestas aut turpitudine possit intelligi, s)

r) ut Hobbes, de Civ. VI, 9. § 16. XII, 1. & qui cum secutus est, Daniel Scargilius, Thesibus in Academia Cantabrigiensi publicatis, sicut autem hic philosophiam hanc suam Ipse suppressimere mox publice jussus est, ita illum egregie convellit felicissimus Hobbesi Censor, Pufendorfius, II, 1, 5.

s) Sufficiens hoc ostendit Pufendorfius Elem. I, 2. Oper. Maj. I, 2, 6. § 11, 3, 4. nec opus erat in Indice Novitat. art. 14. inter errores referre, sicut Ipse satis inetur, Apolog. §. 19. & quæ ab aliis contra allata sunt, in Appendice Dissertat. Academicarum p. 575. ac Specimen. Controv. c. 5. expedivit.

VII. Hoc tamen non obstante, certa manet distinctio Juris naturalis à divino voluntario, t) manet quoque naturale discrimen honestorum & turpium, u) manet jus naturæ immutabile etiam respectu Dei, x) admitti etiam sano sensu possunt, actus per se justivi vel injusti. y)

t) quia Deus, inspecto fine, quem sibi libere proposuerat, & indole creatura rationalis, à se formata, per legem æternam, certis actibus necessitatem moralem imposuit, ad quam se ipsum obligavit; atq; hi constituunt objectum juris naturalis, in aliis libertatem sibi reservavit, qui materiam juris voluntarii præberent.

u) quatenus à Deo talem naturam homo accepit, ut postea eâ conditione, non potuerit non moralis necessitas ipsi injungi certos actus suscipiendi aut omittendi, qui propterea naturaliter honesti aut turpes sunt.

B

x) quod

x) *quod Christiani non solum, sed Gentiles etiam intellexerunt.*
Conf. Bœcler. ad Grot. p. 157. Osiand. p. 180. Dannhauer.
Theol. Conf. l. 1. c. 1. Zentgraf. Tr. sivo art. X.

y) *in respectu ad leges humanas: ad quas antecederet se habet*
illorum moralitas.

II. An jus naturæ cadat in *bruta*? in utramque partem
disceptatur. z) simpliciter alii asserunt. a) alii negant. b)
 Ego concedi posse existimo, actus brutorum jure natu-
 rali *regi*, non tamen, *bruta* secundum illud *agere*.

z) *inter Val. Riemerum Decad. 1. q. 5. & Erasim. Ungepauer.*
Exerc. Inst. 2. q. 2. inter Ledererum, Dissert. de lure Bestiali.
& Hornium, opposito libello, de subiecto Juris Nat. argumen-
ta utrinq; afferi solita peculiari Dissertatione collegit, Adria-
nus Bejerus.

a) *Joach. Hopper. de art. Jur. l. 1. fol. 45. Hugo du Roy. L. 1.*
tit. 2. §. 3. seqq.

b) *Commentatores b. l. Bœclerus, Zieglerus, Osiander, Selde-*
nus l. 5. Pufendorf. II, 3, 2.

c) *ita B. Strauchius Exerc. Justin. 1. §. 4. & ad Gratian. diff. L.*
diff. 1. can. 7. §. 9.

IX. *Datur Jus Gentium voluntarium, d) à jure naturæ*
specie distinctum e) quale Gentes obligat non solum ut
pactum, f) sed ut lex etiam. g) Ejus vero obligatio, non ex
solo recta rationis dictamine: h) nec ex contextu Rerum publi-
carum aut sanctionia Imperantium: i) sed libera gentium vo-
luntate proxime descendit. k) Hinc nec unum omnium est
jus gentium, l) aliud enim universale, aliud particulare.
m) nec perpetuum, n) aliud enim antiquum, aliud recen-
tius. o) nec semper naturaliter justum, p) quia aliud inter-
num aliud externum q) deprehenditur.

d) *quod præter Grotium in Proleg. offendit Seldenus Mir.*
Claus. l. 1. c. 1. 3. & 7. & adversus aliorum ratiocinationes asseruit
Rachelius Diss. de Jur. Gent. §. 16. & 84. seqq.

e) *diffe-*

- e) *differentiam explicavit Mævius Prodrum. Jurispr. in spec. V. Dissentiunt quidem Th. Hobbes, de Civ. XIV, 4. Rob. Scharrockius de offic. c. 10. Pufendorf. Elem. 1, 13, 24. seqq. Et oper. Maj. 11, 3, 22. sed respondit Rachelius §. 90. seqq.*
- f) *quod putat Pracchius de 7 Civ. ver. Et pers. §. 14. p. 82.*
- g) *legem gentium voluntariam vocat Grotius 11, 7. I. III, 3, 2. III, 6. 6. legis rigorem accepisse, ait Velthufius de Princip. Inst. Et decor. p. 965. ed. noviss.*
- h) *ut Hugo du Roy L. 1. tit. 4. §. 3. Et tit. 7. §. 2. 3. ac pleriq. nostrorum Interpp. putant, conf. Felman. ad l. 5. de 7. Et 7. n. 8. seqq.*
- i) *quod videtur Hornio polis. 11, 2, 6. eumque secuto D. Lyncker Protrib. Delib. 1. §. 7.*
- k) *Selden. 1. 1. Rachel. §. 3. 4. seqq. quod non infringunt argumenta Hornii, vel Henningii ad Grot. p. 116.*
- l) *Freinshem. Diatrib. de Præced. Elect. p. 31.*
- m) *Conf. Rachel. §. 23. exemplis ostendit Grotius, de telis venenatis. III, 4, 16. stupris. n. 19. captivitate. III, 7, 8. destructione templorum in populis minus religionis. III, 5, 2.*
- n) *Selden. 1. 6. fin. ubi clarigationis, repressaliarum, belli denuntiandi aliorumque jurisfeccialis ac bellici capitum exemplis confirmat. add. Textor Synops. Jur. Gent. c. 1. §. 15.*
- o) *Grotius III, 6, 3. docet exemplo acquisitionis bellica, Et captivitatis III, 7. I. in n. 8, 9. postliminii. III, 9. 14. 15. 18. 19.*
- p) *hinc Rachel. §. 56. distinguit in verum, quod juri natura non repugnat, Et putativum, quod repugnat, add. Diff. Ejusd. de Jur. arbitrar. §. 6. seqq.*
- q) *Grotius III, 4, 2. 4. seqq. quid iure gentium externo liceat in hostes, circa lesionem, acquisitionem rerum ac Imperium, explicat, Hinc Et regulam ponit, quod aliqua in se vitiosa, iure gentium justa habeantur. III, 4, 15. III. 19. 11. sed III, 10. seqq. de iure interno agit. cujus exemplum etiam est, in pignoratione subditorum, pro debitis imperantium, III, 2, 2, Et III, 13, 1. Effectus iuris Gent. externi, est non solum agendi impunitas, sed Et iudiciorum tutela, vid. III, 7, 7. Interni, conscientie immunitas. III, 10, 1.*

X. *Leges politica ac forenses* Judæis latæ hodie nos non obligant; r) nec normam præbent, ad quam hodiernus Magistratus leges suas possit semper debeat ve s) attemperare.

r) ut aliqui putant, conf. Zepperum de L.L. *Mosaic. l. 5. cap. 7. quod confutat* Pufendorf. *II X. 3, 26.*

s) ita quidem sentiunt Calixtus *Theol. Moral. pag. 73. ex* Cæcis Schneidevvin *ad tit. j. de Nupt. p. 4. n. 62. Brunneman. Process. inquis. e. 10. n. 33. refutat autem* Osiander. *ad Grot. p. 285. seqq. Alb. Gentil. de Nupt. L. I. c. 5. p. 23.*

I.

Ad Cap.
II.

Bellum gerere licet, a) idque nec naturali, b) nec gentium, c) nec divino juri, tam novi d) quam veteris e) Testamenti, repugnat.

a) quod, præter Anabaptistas ac Photinianos, negant Erasmus Roterodamus, libello de *Christiano milite*; & Jo. Ferus, lib. de *pace tenenda, qui habetur ap. Sixtum Senens. Biblioth. I. 6. annot. 125. iiq. accessit* Jo. Feldenus *ad Proleg. Grot. p. 20.*

b) quia nec primis natura, nec recta rationi repugnat: non quod prima illa natura, absoluta considerata, pro norma juris habeamus, sicut Commentatores aliqui, & B. Tabor de *abusis armor. in defens. honor. coerc. c. 5. §. 9. Grotio, præter meritum, imputant, quem non nisi pro principis ducentibus ad jus natura, illis fuisse usum, alia loca testantur, II, 7, 4. & II, 20, 5. ac satis clare Bæclerus h. l. p. 177. ostendit.*

c) quod certam formam bellorum induxit. l. 5. de I. & I.

d) Conf. Rom. XIII, 4. Luc. III, 14. Nec obstat (1) *Matth. V. 38. seqq. (2) Rom. XII, 17. seqq. Conf. Gerhard. de Mag. pol. §. 388. & 391.*

e) *Psal. XX, 6. testantur exempla bellorum apud Israelitas etiam non mandatorum, Exod. XVII. contra Amalecitas. Jud. XI. Jephtha contra Ammonitas. 2. Sam. X. Davidis contra eosdem. Conf. Selden. de J. N. & G. VI, 12, Alb. Gentil. de Jur. Bell. I, 8. Nec obstat (1) Genes. IX, 5. 6. (2) Esa, II, 4. ad quare spendit Gerhard. de Mag. pol. §. 387. & 390.*

COL

COLLEGI GROTIANI,

EXERCITATIO II.

Respondente

LUCA vom Rampe / HAMBURGENSEI.

I.

JUDICIA publica non à mero facto humano, sed à natura *Ad Cap. III.*
 esse, Theologia) pariter ac Juris Consultib) ostenderūt.

a) Gerhard. *de Mag. Pol. n. 271.*

b) C. I. A. *tit. de jud. n. 18. ad Bæcl. b. l. p. 192.* Hobbes. *XI, 4.*

II. In casu cessantis judicii, c) bellum privatum licitum redditur, non solum naturali, sed & divino voluntario jure,

c) *Exempla. II, 20, 8. II, 1, 12.*

III. Si videam, me non posse effugere, nisi interficiatur aggressor, metuum vero, ne ille æternam damnationem incurrat, an salvo naturali jure ipsum interficere possim, quæritur? negant aliqui, d) nos affirmare cum aliis, e) non dubitamus.

d) *ex Moralisticis.*

e) Grotio *b. l. Zieglero p. 115, Pufendorffio II, 5, 14. An autem Christiana caritas ad quid amplius nos heic obstringat, quod Clarissimo Theologo, Henrico Müllero, visum est, iam non desinio.*

IV. De *Majestate* sive summo imperio civili, tum quid sit, tum unde oriatur, multa est disputatio. f) Illud optime declarat *Grotiana desinitio, quod potestas summa illa dicatur, cujus actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis humana arbitrio irriti possint reddi. g)*

f) *In veteribus, super brevitate & obscuritate queritur Bodinus de Rep. I, 10. In recentioribus, privata studia annotat Grotius I, 3, 5. fin. ac causas perverse tractationis alias adjungit Bæclerus b. l. p. 196. omnium optime de generatione Majesta-*

tis, quomodo in Rep. per pacta civium producatur, differtur
 Pufendorffius VII, 2. & 3. Hobbesius V, 6. seqq. De con-
 nexione partium seu jurium majestaticorum, idem agunt. Ille
 VII, 4. Hic VI, 5. seqq. & omnino Bœclerus p. 211. seqq.
 g) quæ à Feldeno objecta sunt, dissolvit Bœclerus p. 212.

V. *Originem* ejus multi *immediate* à Deo repetunt, h)
 Nos Deum pro causa prima ac universali agnoscimus, à
 quo imperandi & parendi ordo institutus est, proxime ve-
 ro ex pactis hominum, in civilem societatem coeuntium,
 Majestatem, tanquam qualitatem moralem, resultare
 existimamus, i) nec ex hac sententia vel *sanctitati* vel *in-*
violabilitati summorum Imperantium quicquam decedit.

h) *ex Theologis* Osiander ad h. l. Hulsem. Brev. c. 20. §. 3. ex
 J. C. Zieglerus h. l. *vev. Exerc. II. circa Regicid. Angl. p. 53.*
seqq. ac de Jurib. Mai. L. 1. cap. 1. §. 46. seqq. Becker. Synops.
Jur. publ. II, 4. ubique Henninges p. 136. seqq. ex Philosophis
 Hornius *Polit. II, 1, 10. quam sententiam satis consutat*
 Pufendorffius VII, 3, 3. seqq.

i) *cum* Pufendorffio VII, 3, 1. Bœclero *Dissert. polit. III. p. 329.*

VI. *Utilis* non modo, sed *necessaria* etiam est distin-
 ctio, quæ *subjectum* summæ potestatis aliud *commune*, aliud
proprium fecit Grotius, k) Absurda vero & publice noxia
 illa, quæ Majestatem, ipsam duplicem reddit, atque aliam
realem, aliam *personalem* statuit. l)

k) *præter rationem* ergo *impugnant* Feldenus, p. 44. Zieglerus
 p. 126. ac Osiander *obs. 1. p. 478, ac si cum posteriori concur-*
reret, quod Grotio nunquam in mentem venit, sicut ex appli-
catione, aliis locis, imprimis II, 9. 8. facta, apparet, ac Bœ-
cclerus p. 225. insuper ostendit, abuti demum hæc distinctione
illos, qui duplicem Majestatem faciunt. Quomodo autem vere
intelligi debeat, exposuit Bœclerus h. l. ex Lampadio de Rep.
R. G. part. 1. §. 59. 60. & in Instit. polit. II, 1. p. 93. Pufendorff.
Elem. L. II. axiom. II. obs. 5. §. 19.

f) de

l) defendunt eam Kirchn. de Rep. D. 2. §. 3. Althuffius Pol. c. 9. §. 2. 4. Libenthal. C. P. Ex. 7. §. 3. ac plures alii. Refutarunt Pufendorf. VII, 6, 4. Claten. Pol. III, 2. Stahlus duabus orationibus. Qua circa ipsam distinctionem notanda, ostendit Bœclerus b. I. nimirum quod sit superflua; quod minus accurata: ubi & erroris fontes indicat. add. Polit. Instit. p. 94. Cautelam in adhibendo suggerit Gerhardus de M. P. § 123. Saniores philosophiam in explicando, Grasyvinkelius de Jur. Maj. c. 10. 11.

VII. Ejusdem indolis sunt conclusiones huic fundamento innixæ; quod ubique & sine exceptione, summa potestas existat penes populum: m) aut saltem mutua Regis ac populi subjectio sit, ita ut populus universus Regi rectè imperanti parere debeat, Rex autem male imperans populo subjiciatur. n) ac aliarum plures. o)

m) asserunt Monarchomachi, quorum Princeps Stephan Junius Brutus vel potius Hubertus Languetus, Vindiciis contr. Tyrann. q. 3 Refutat præter Grotium, etiam Pufendorfus de J. N. & G. VII, 6, 5. 6.

n) equidem posse dari ejusmodi regimen, exemplum apud Cæsarum de Bell. Gall. VI, 27. 3, ostendit. Sed tum expressa instituitur imperii paritas, suisq; limitibus definitur.

o) sicut Ferdinandus Vasquius Contr. Illustr. I, 1, 10. hinc bis centum fere definitiones derivari, ait.

IX. Cæterum ex accurata subjecti proprii cognitione, cui jus summum imperii in quaque gente competat, optime condiscimus. Ubi tamen cavere debemus, ne decipiamur ambiguo nominis sono aut rerum externarum specie. Quod contingeret illi, qui vel ex titulis Imperantium, p) vel Comitibus Oratum: q) vel delatione imperii, r) dijudicare hoc sustineret.

p) sicut male Bodinus de Rep. I, 8. Romanos Imperatores habuisse regiam potestatem, negat, quod Principes tantum dicuntur.

p) hinc

- q) *hac enim cum diversi sint generis, in regnis etiam puris habentur, nec Majestatem Regis ex se imminunt. Vid. Ziegl. de Jur. Maj. L. 1. c. 31. n. 6. seqq.*
- r) *quasi summum sit quod per successionem defertur: non autem, quod per electionem: quod statim videtur etiam Hobbes, Leviath. c. 19.*

IX. Sed nec de *Summa potestate ipsa, ex modo eam habendi* iudicium ferendum est. Hunc triplicem facit Grotius, quando regna alia *jure pleno proprietatis, alia jure usufructuario, alia temporario* haberi afferit. Possunt vero in *regnis non patrimonialibus* æque ac *patrimonialibus* summam habere potestatem Reges: s) *quanquam de temporariis alii dubitent, t)*

- s) *utraq; regna tam patrimonialia, quam usufructuaria, impugnat Brutus Vindic. contr. Tyran. q. 3. p. 185. & 205. Existentiam vero eorum, Grotius 1, 3, 11. 12. & 13. præsertim in notis, luculentissime demonstravit. Patrimonialia sunt pleraq;, jure belli acquisita; sicut non patrimonialia, qua populi voluntate deferuntur. In quibus tamen usufructuarii appellationem, & hanc ipsam comparationem, non nimis extendendam esse, monet Bœclerus h. l. p. 285. & ad L. 2. p. 205. add. Pufendorf. VII, 6, 16, 17. Textor Synops. Jur. Gent. c. 9. n. 27. Differentia utriusque in effectibus conficitur. Nam in regno patrimoniali, solus Rex habet liberam facultatem regnum ejusve partes alienandi, tam inter vivos, conf. Grotium h. §. 12. & H. 6, 3 juncto III, 20, 5. quam ultima voluntate, Grot. d. §. 12. & II, 6, 14. Hobbes. de Civ. IX, 12, 13. solus potest relicto sitio impuberi testamento tutorem dare. Grotius 1, 3, 15. Civium conditionem pro lubitu ordinare, ac modum succedendi ex arbitrio suo introducere: cum ex adverso in regno non-patrimoniali, in his omnibus populi consensum teneatur adhibere, nec eo invito quicquam circa internam regni structuram, ejusve in alium translationem disponere possit. Pufendorf. d. l.*
- t) *Grotius exempli loco allegavit Dictatorem Romanum; quem habuisse summam potestatem, ut etiam statuant, Conrin-*
gus

gius *Dissert. de regno* §. 4. Zieglerus *de Jurib. Maj.* L. 1. c. 1. §. 41. 42. aliq. *mibi tamen contraria sententia verior videtur, quam defendunt*, Bodinus *de Rep.* 1, 8. Hobbes. *de Civ.* VII, 16. §. 11. Bœclerus *ad Gr.* p. 239. *ad Vellej.* p. 106. *ad Tacit.* p. 55. Obrechtus *Diss. de Extraord. P. R. Imp.* §. 39. *seqq.* *An omnino dari possit Monarcha temporarius? quarunt*, Bœclerus *h. l.* pag. 242. & Pufendorf. VII, 6. 15. *quorum definitioni accedo.*

X. An vero Rex, qui imperaturus est, desinat summum habere imperium, *si promittat aliqua subditis, ad imperii rationem pertinentia, ad quæ sine promisso non teneretur, varia est Doctorum philosophia.* u) Ego sic censeo, quia integram facultatem aliquid agendi amplius habere nequit, qui per contrariam obligationem efficacem est restrictus, x) nec Majestatem, ad cujus rationem formalem libertas summa pertinet, illibatam retinere, Regem, qui promissione sua spontanea, ad certam usurpationis regulam se passus est allegari, quicquid etiam *Grotius* y) contendat. Idem dicendum puto de Rege, qui sub formula *commissoria* regnum accepit, hæc enim non solum *habendi modum*, ut existimat *Grotius*, sed ipsam quoque *potestatem* afficit, z)

u) Velthuf. *de Princip. Just. & decor.* p. 998. *distinguit inter promissum nudum, & pactioem cum subditis, hanc minnere, non illud. Idem videtur velle distinctio Bœcleri, inter promissum, quo voluntas declaratur, & quo facultas imperandi restringitur.* Hobbes. VII, 17. *utring, vim omnem ab intentione promittentis suspendit, putatq, cetera pacta aut promissa esse irrita, si constet regem voluisse summum imperium retinere. alii aliter. Conf. Pufendorf. VII, 6, 10. seqq. & qua in hypothef, an Capitulatio deroget Imperatoris Majestati, disputantur à Strauchio Diss. Jur. Publ. IV, 28. Stamlero de Reserv. §. 8. Lianzo I, 12, 36. & ad Capit. Proleg. sect. 8. n. 22.*

C

x) nam

- x) *nam ex omni promisso perfecto oritur vera obligatio, etiam inter regem & subditos, vid. Grot. I, 3, 16. II, 11, 4. II, 14, 6. huius vero proximus effectus est, imminutio libertatis nostrae, quod docet Pufendorf, III, 6, 1. add. Proverb. VI, 2. I. 17. §. 3. π. commod.*
- y) *qui & rationibus se ipsas destruentibus, & exemplis incertis nulliusque preti' his utitur, ut ostendit Bœcclerus p. 245. seqq.*
- z) *Conf. Bœccler. p. 250.*

XI. Non tamen definit forma esse Regia, quamdiu ita-
 tali Rege tantum Majestatis fit *restrictio*: secus si cum
 Concilio aliquo aut populo eadem insuper *communica-*
tur, tunc enim in *Republicam mixtam* fit commutatio;
 qualem *dari*, qui *negant*, a) aut saltim è censu *regularium*
 formarum *eliminare* conantur, b) videntur mihi contra
 rationem & praxin vitæ civilis *pugnare*.

- a) *faciunt hoc Bodinus II, 1. Gassendus Phil. Moral. p. 1466. Lipsius Polit. II, 2, 4. & speciosius Hobbes. de Civ. VII, 4. VI, 6. seqq. Pufendorfius VII, 4, 13. ac Diss. de gest. Philipp. §. 3. seqq. Sed existentiam ejus satis adstruunt, Grotius h. l. nisi quod exempla §. 20. adducta, pleraq; non tam de mixtura forme, quam temperamento administrationis, vel nuda etiam potestatis regia restrictione, loquantur. Lampadius de Rep. R. G. part. 1. §. 59. atque hoc Bœcclerus ac Conringius in Commentationibus ac annotatis. Argumenta utriusque partis consideravimus in Commentationibus nostris Academicis in Monzamb. c. 6. §. 8.*
- b) *quod intendit Pufendorfius VII, §. 14. ac peculiari Dissertatione de Rep. Irregul. de qua philosophia, & quid in universum super partitione Rerum publicarum, in regulares & irregulares, mihi videatur, Commentationibus Academicis in Monzamb. c. 6. §. 9. exposui.*

XII. Summum imperium habere potestis, qui *inaequali*
fœdere tenetur: c) & qui *stipendium* perstat: d) & qui *nexus*
feudali alteri conjungitur. e).

c) Alb.

d) Alb. Gentilis de *Jur. Bell.* III, 16, Magerus de *Advoc. arm.* c. 10. n. 386. Cicero *Orat. pro Balb.* c. 16. & ex eo Proculus in l. 7. §. 1. de *Captiv.* dubium vero quod ex ejusd. leg. §. 2. oritur, nec Grotius I, 3, 21. nec Pufendorfius VII. §. 18. ac *Diff. de System. Civit.* §. 16. expeditur, planius R. §. 1. loqui de *federe inaequali, sine diminutione imperii.* §. 2. de tali, cum diminutione. de quo Grotius II, 15, 7. eoque postrema verba non definitivè sed oppositivè esse accipienda. aliter Zieglerus p. 157.

d) Conf. Bœclerus p. 262. *exempla Ubiorum, quos Suevi, & Cassiavelluni, quem Caesar, vestigales reddidero: de Bell. Gall.* IV, 3. & V. 22. *an Hebraei Romanis solverint, ut devicti, aut federati, nondum liquet.* V. Selden. VI, 17.

e) Bodinus de *Rep.* l. 9. Vinnius de *J. dist.* c. 3. §. 6.

XIII. *Distinctio inter statum Imperii, ejusque administrationem, seu jus ipsum ac usum juris, necessaria est, f) male ab aliis g) rejecta.*

f) Hobbes de *Civ.* XIII. 1.

g) Albergato *Disc. pol. contr. Bodin.* L. II. c. 10. & *Limæo* I, 10, 12. & *Additionib. ac Disc. Apolog. contr. Wizenand. sect. 3.* sed illi responsum est ab Hippolitho à Lapide p. 1. c. 1. n. 15. ac Monzambano c. 6. §. 4. huic à Doctores, *juris publici passim.*

1.

DE jure bellandi subditorum in Principes vel Imperantes, quorum imperio subsunt, superioribus temporibus periculose passim fuere disputationes a) Certa est sententia: si quid illi imperent *naturali juri* aut *divinis praeceptis* contrarium, *abstinere* subditos non solum jure posse, verum & *debere*: b) quod si *injuria* c) afficiantur, *preces* opponendae sunt, tandem *negative* quandoque possunt *resistere*, objiendo *clypeum*: sed *positive*, vim inferre *armis*, nunquam. Quae omnia non solum *naturali ac gentium*, verum etiam *divino juri*, tam *veteri*, quam *novo Testamento*

*Ad Lib. I.
Cap. IV.*

stamento comprehenso, conveniunt: *Consuetudine* insuper antiquorum Christianorum, confirmata, ac variorum populorum civilibus legibus roborata sunt. d)

- a) de Germania, *videri potest* Hottederus *part. II. L. I. § 2. de Gallia*, Thuanus & Grammondus. *de Anglia*, Salmasii & Miltoni aliorumq; scripta contraria. inprimis heic maxime grassabatur illa Politicorum heresis, cui Monarchomachorum etiam nomen propterea tributum est, in quibus excellunt, Hotomannus, Seyfelliuss, Brutus, Buchananus, Althufius, aliique plures, ab Arnitzæo, libelli de auctoritate Principis in populum semper inviolabili. c. i. relati. Perversis istis dogmatibus strenue sese opposuerunt, præter Arnitzæum, Albericus Gentilis & Jo. Barclajus, integris libris; Singularibus vero epistolis, Casaubonus, & Bochartus. ad comprehendendam totius rei notitiam internam, utile fuerit præcognoscere, præposita disputantium, eorumq; hypotheses, in quibus annotandis diligentissimus fuit Bœclerus *Dissert. Politic. XVI. p. 467.*
- b) ob divinum præceptum *Aktor. V. 29.* cuius vim etiam gentiles ex lumine naturali senserunt, ut demonstrat Grotius, *I. 3. 9. I. 4. 1. II. 26. 3. add. Gerhard de Mag. pol. n. 399. Id cum Hobbesius de civ. XVII. 1. fassus sit, nescio qui XII. 1. 2. id inter seditiosas opiniones referre poterit, omnem circa hoc iudicandi facultatem subditis adimens, consuetudo hinc rectè Pufendorfio VIII. 1. 5.*
- c) negat quidem, civi à civitate injuriam fieri posse, Hobbesius *de Civ. VII. 14. & VIII. 7.* sed iterum convellit Pufendorfius *VII. 8. 2. § 4.*
- d) uti per partes ostenderunt Grotius *l. l. n. 2. 3. 4. 5. & Comment. de offic. summo, potest. circ. sacr. c. 3. 5. 6. & 14. ac Gerhard. de Mag. Pol. n. 483. seqq.*

II. Sicut autem dubio caret, quicquid hic de subditis traditum est, ad Magistratus inferiores quoque pertinere, frustra dissentientibus aliis: e) ita de eo adhuc controversatur, an lex de non resistendo Principi, etiam in summa & alioqui inevitabili necessitate obliget? Grotius de jure no

Tefta

Testamenti asserit, praeceptis Apostolorum & Christianorum veterum praxi motus, sed in Veteri, hanc fuisse putat exceptionem: quod Davidis adversus Saullem, & Maccabaorum contra Antiochum, exempla, doceant. Ego frustra distingui, neque exempla Grotii huc quadrare, censeo; quare hoc etiam casu omnis resistentia armata est prohibita, jure divino, tam sacris literis promulgato, quam naturali. f)

e) Paræo, Bruto, Danzo, quod egregie confutat Grotius b. §. 6. & de off. sum. pot. circ. sac. c. 3, §. 7. add. Zieglerus h. l. p. 170. seqq.

f) quia summum Imperium munitum divina auctoritate, ideo huius resistere, moraliter turpe est, quae autem talia sunt, ea ne quidem extremo necessitatis casu sunt licita, ut sub exemplo furis bene philosophatur Zieglerus. valet hic illud Senecæ: Sunt quadam ad quae nulla nos compellere debet necessitas. Quare sicut ipsum in natura, ita & hoc praeceptum de non resistendo, est immutabile; puta in se; nam mutato objecto aliisque circumstantiis, aliquando limitari videtur, ubi tamen non fit directæ à regula exceptio; nimirum quoties vel non verus Rex, vel non veri subditi sunt. de quibus casibus Grotius n. 8. ad 14. & distinctius Bœclerus Diff. Pol. XVI. p. 404. egerunt.

III. Gravior est quaestio, de Invasore Imperii, in qua tamen rectius definiit Grotius: licere populo, ac ex eo singulis, resistere, raptoremque vi dejicere ac denique occidere, si vel ante invasionem, lex publica, tale quid permittens, extiterit: vel expressa iussio ejus, qui jus verum imperandi habet, accedat: aut invalor in actu invasionis adhuc occupetur. Tollitur autem ista facultas, quam primum in tale imperium cives consenserunt, vel expresse, inito cum Invasore pacto, aut juramento praestito, vel tacite, cum longâ ac quietâ possessione, ipsum jus nancisci patiuntur.

Conf. Grot. h. n. 15. seqq. & II, 4, 11. & 15. II, 13, 15. II, 16, 18
Gerhard. de M. P. n. 486. Bœcler, tum ad Grot. p. 300. tum
Comm. ad Tacit. 1, Ann. X, n. 2.

IV. **Quin** tamen actus imperii, durante injuste possidendi causa exerciti, valeant, si non *jure agentis*, saltem ob *utilitatem publicam*, non dubito. g)

g) *add. l. 3. ff. de off. Prator. Bodin. de Rep. II. §. p. 344. Hinc nos Cronvvelii acta rescissa: de privilegiis Wenceslai, post depositionem davis, an valeant, vide disceptantes, Chiffletium, Alfatiã vindicatã, & Blondellum, prefatione Apologetica. add. Limn. T. I. Add. II, II, 33.*

I.

*Ad Lib. I.
Cap. V.*

Summis Imperantibus *naturaliter* omnes subditos bello licet adhibere. Ex *Legibus positivis* autem est, quod propter *statum* certum, aliqui *levari*, a) alii *arceri* b) *inderegulariter* c) soleant.

a) *ut Clerici, de quo vid. Arnif. de exems. Cler. sect. 1. §. 6. Gerhard. de M. P. n. 398. quanquam adeo hoc sibi privilegio non ducant, ut sua sponte bellum nunc sequantur, ac moveant Ipsi, querentibus etiam Pontificiis Scriptoribus, Illustrissimo Monumentorum Paderbornensium autore p. 95. seqq. Claudio Espencæo Theologo Parisiensi l. 2. digress. c. 6. add. Conring. ad Lamp. p. 218.*

b) *ut servi: conf. l. 11. de re mil.*

c) *aliud enim de casu necessitatis: vid. Burger. cent. 1. obs. milit. 19.*

I.

*Ad Lib. II.
Cap. I.*

DE *Causis* a) Bellorum, multa est disputatio. Si *iusta* esse debet, nulla esse alia potest, quam *injuria*: eaque vel *nondum facta*, imminens tamen & futura, nisi præcaveatur, hinc bellum *defensivum*. b) vel *facta*, unde Bellum *offensivum*, quod tendit vel ad *reparandum* d) id, quod *nostrum* est, aut nobis *debetur*: c) vel *vindicandum* d) aliquod *delictum* in nos commissum.

a) *differentiam inter belli causas veras, tam justificas, quam suavorias, deinde prætextus, ac principia, præter Grotium II. I. I. ac II, 22. I. prolixè explicavit illustravitq, exemplis, Bœclerus ad I. Ann. Tac. c. 10. n. 1. p. 322. cautiones vero, quas in hisce iudicandis debeamus observare, p. 327. addidit.*

b) *de quo Grotius II, I.*

c) *de his lib. 2. c. 2. usque c. 20. partim agit.*

d) *de quo L. 2. c. 20. 21. quanquam male pœnale bellum dicitur.*

II. Sed posterius quidem summis potestatibus est proprium, non autem prius: nam inter *privatos* etiam, si *corpus* impetatur, vi præsentem, cum periculo vitæ non aliter vitabili, *bellum* seu *necessaria defensio*, e) *omni jure*, tam *divino* quam *humano*, est *licita*, f) *cum interfectione* quoque *aggressoris*, g) *sive is destinato consilio*, sive *per errorem*, aut *insania* vel *insomniis* agitur, nos invadat; h) *dummodo inculpata* *tate* *moderamen* i) *servetur*. atque hoc casu, qui occidit, non solum *impunitatem* in foro, sed & *immunitatem* habet in conscientia k)

e) *de necessaria defensione: vid. Seldenus IV. 3. Pufendorfius II. §. Textor. Synops. Jur. Gent. c. 5. ex Interpretibus nostris hoc argumentum justis commentariis excoluerunt, præter alios, Obrechtus. Preisius, Retinemannus, & Ledererus duobus libris; de jure belli privati. ad praxin applicavit Carpovius Criminal. p. II. q. 28. seqq.*

f) *an & præcepta jure natura: multi simpliciter asserunt, alii absolute negant, utrinque allegati à Simone ad Guil. Grot. c. 7. §. 3. neutrum bene. Sunt enim casus distinguendi, aliquando præcepta. v. Grot. b. n. 8. & Ziegler. p. 197. interdum prohibita est. Grot. b. §. 9. & I, 4. I. seqq. regulariter vero permissa. Grot. b. §. 3. add. g) Conf. Pufendorf. II, 5, 1.* (Bœcler. p. II,

h) *V. Grot b. §. 3. & III, 1, 1. Pufendorf. II, 5, 5. ex? Cui Carpov. p. I. c. 6. d. 1. 2. 3. & 4. Berlich. p. I. Concl. 10. n. 4.*

i) *erudite moderamen hoc ratione status naturalis & civilis distinguit, ac quod in illo ampliores, quam in hoc, terminos habeat, partim ostendit Pufendorf. II, 5, 3. 4. 6. 7. 8. 9. add. Vasquius Controv. Illustr. I, 18.*

k) *ostendit hoc, & mores forte adversantes explicat Pufendorf. II, 5, 15.*

III. Nequaquam vero eo se extendit hæc licentia, ut & *innocentes* qui *interpositi* defensionem aut fugam; sine *quævis* mors non potest, impediunt, *transfodi* aut *oceri*: l)

aut illi, qui vim non jam præsentem intentant, sed *conjurasse*, vel alio modo *insidiari*, comperti sunt, præverti ac *interfici* possint, m).

l) *quicquid etiam de intentione primaria, cum Thoma tradas Grot. nam sola intentio non facit actum licitum, nisi facultas quoque agendi adsit, qua adversus innocentem heic prorsus nulla est: manet ergo interfectio innocentis verum homicidium, adeoque actus moraliter malus, ad quem faciendum nulla necessitas homini jus tribuit. Id si cuius concedam, si factum est, vel ex præcipitantiâ, dum occisor deliberare non potuit, vel ex infirmitate, quod recta ratio succubuit affectui proprie salutis, in foro civili tam graviter eidem non posse imputari, sed illud forte ex-culationem, hoc veniam mereri. ad. Felden. p. 98. 99.*

m) *quod male statuunt Moralitæ, satis confutari Zieglerop. 192.*

IV. Cœterum quod de *visâ* defensione diximus, ad *periculum* etiam *amputationis membri* pertinet, quatenus *mortis discrimen* n) post se trahit. An idem pro *puđicitia* licet? non quidem *qualicunq;* *puđicitia* *invasione*, attamen *prostratione violentâ*, omnino *licere* existimo. o) neutiquam verò, si *periculum accipiendæ alapæ* aut *mali similis* immineat, hoc enim *arcere* cum *cæde inimici*, *injustum* est, etiam si *meritam justitiâ* *explettricem* p) respicias.

n) *ut Grotius ac Bœclerus rectè restringunt: si enim cum Felde-no simpliciter permittamus, ubicunq; damnnum irreparabile infertur, etiam ob dentis aut digiti jacturam interficere licebit.*

o) *cum Balduino Cas. Conf. l. 4. c. 1. Cas. 15. Tabore de abus. armor. in def. bon. c. 5. n. 18. add. Grot. h. §. 7. & 1, 2, 5. Seiden. IV, 3. Dissentiunt Zieglerus p. 195. Voëtius de Duell. c. 2. 4. aliiq; Augustini auctoritate, quod puđicitia sit in animo, quæ nulla vi externa possit eripi. Respondit Pufendorf. II, 1. 10.*

p) *Sane ex ea facultas moralis adversus hostem in infinitum, non competit, ut hic Grotius n. 10. & Pufendorf. Elem. I, 12. 22. ac Op. Maj. VIII, 6, 7. & II, 5, 3. 10. 12. 16. putant, quod ostendunt Commentatores, Bœclerus, Zieglerus, Feldenus. Conf. Ob-reshus de Rat. Bell. c. 2. §. 5. ubi Bœclerum ideo vindicæ.*

COLLEGIUM GROTIANI,

EXERCITATIO III.

Respondente

C. W. Eyben.

V. Pro rerum defensione, directe nemo potest interfici; aliud puta, si fur *presumptionem aggressoris* contra se habeat. Quod sicut *juri naturali* conveniens est, ita etiam *legibus positivis*, ea ratio fuit observata. q) atque hoc casu, quando lex occidere furem permittit, prestare eam simul, ut id ab omnibus sit liberum, r) non dubito.

q) *de lege Hebraea, Exod. XXII. 2. prater Grotium b. §. 12. § 1, 3. 2. egit Seldenus IV, 2. de Romana XII. Tab. Gothofredus in Commentario, de legibus Wisigothorum, Bajuvariorum, Frisonum, Burgundionum, vide Bœclerum b. p. 19. add. Pufendorf. II, 5, 17. Dannhauer. Colleg. Decalog. D. II. th. 16. Tabor. de abus. arm. in def. bon. c. 5. n. 17.*

r) *qua Seldeni sententia verior est, quam Grotii, vide tamen Eundem II, 20, 17. § distinctius Bœclerum p. 21. seqq.*

VI. Ex his apparet, quod, licet regulariter singulares dimicationes sive *Duella*, omni jure prohibita sunt) casus tamen dari possint, quibus à *privatis* etiam *sine peccato* gerantur, t) quanquam non semper *summa potestates* propterea *immunes* sint. u)

s) *Conf. Sam. Rachelii Dissertationem, § Andree Alciati, Antonii Massa Galeii, Jacobi de Castillo, alias de Villa sancta, Johannis de Lignano, Julii Ferreti Ravenatis, qui omnes in Tractatu Tractatum extant; item Henr. Boceri ac Paul. Voëtii, Tractatus, de Duellis. Fransk. II. resolu. 23.*

t) *quales recenset Grotius b. n. 15. § supplet II, 23, 10.*

u) *vid. Bœclerus § Zieglerus h. l.*

VII. Injuriae auctor, contra vindicantem, jure defendere se nequit, nisi prius oblatam ideo satisfactionem alter respuerit. x)

x) *Grot. b. n. 18. ac Pufendorf. II, 5, 19,*

D

I. Quia

Ad Lib. II
Cap. II.

Quia bellum *offensivum*, quod ad *reparandum* tendit, *injuriam* præsupponit, quâ vel intervertitur aliquid quod *nostrum* a) est, aut denegatur, quod nobis *debetur*; quibus modis fieri hoc possit, probe est considerandum. *Nostrum* aliquid est, vel *communi hominum jure*, quatenus id in *rem* corporalem, aut *actum* aliquos tendit: vel *singulari nostro*. Ut vero illud demonstretur, non est necessarium *primæ vniuersæ rerum omnium communionem*, à *Gentilibus* b) effictam, & *Scholasticis* securius receptam, statuere; talis enim *communio*, quæ *propriètatem* ac *dominium* excludat, seu *negatiue* eam, seu *positiue* accipias, c) figmentum est, d) nec *fuit* unquam, nec *est* ullibi, nec *possibilis* fuerat, non solum postquam homo *lapsus* est, sed & si in *statu integritatis* perstitisset. e) Ergo neque opus est docere, *quomodo* ab ea *recessum* sit. f) cepit enim *proprietas originarie*, non *occupatione* aut *divisione* hominum, sed *concessione diuina* g) primum sub *infantia orbis*, *Adamo* h) atque iterum post *diluuium*, *Noacho* i) facta, à quibus in *posteris*, *constitutis* certis *conditione*que *hominum* *temporum*que *aptis*, *acquisitionis* *determinatæ* *modis*, *derivaretur*. Atque hac *ratione* non *ambiguo*, quin *proprietas & dominium*, quod *diuina originis* esse *constat*, etiam *diuini*, hoc est, *naturalis*, non solum *permissiui* k) sed & *preceptiui*, l) *juris*, dici possit.

a) *Hac occasione de origine domini ac proprietatis agitur: de qua alii Theologi ad VII. præceptum. Jcti ad tit. d. A. R. D. Moralitæ ad Thom. II, 2. Philosophi ad Arist. I. Pol. Quæ definitionem philosophicam, ac differentiam utriusq. attinent, apud Strauch. Gratian: d. 8 c. 1. num. 6. seqq. Ex Doctoribus Juris Universalis de hoc argumento, Seldenus Lib. VI. Pufendorfius IV, 4. Textor o. 7. addendi, Grotius originis proprietatis, quæ citra sacrarum literarum auctoritate vix intelliguntur, fabulis Gentilium corruptis, ac pro cætera sua eruditione heic non versatus est, propterea non solum.*

- Commentatoribus Bœclero, Zieglero, Feldeno, Osiandro, sed & Strauchio de Imp. mar. c. 1. Obrechtio Diss. de Communion. c. 3. aliisque passim consultatus.*
- b) unde ea fabula ortum habuerint, & quomodo possint corrigi, vid. Euseb. prep. Evang. 12, 13. Lactant. de Justit. c. 5.
- c) hanc Grotius, cum Moralitibus quibusdam illam Pufendorfius IV, 4, 5, & 9. defendit. Utramq; egregia destruit Strauch. nobili Dissertatione de Imp. mar. c. 1, §. 5. & 8.
- d) agnoverunt hoc, & tanquam rem impossibilem & iniustam habuerunt, etiam Gentsler; hinc Plato impetitus ab Aristotele 2. Pol. 3. ex Christianis, Lactantius Instit. III, 20.
- e) ostenderunt hoc Theologi, Dannhauer. Colleg. Decal. D. 16-§. 2. Osiand. h. l. p. 656. prolixè etiam Bœclerus h. l. quamquam Pufend. IV, 4, 13. aliqua regeat: ad que Respondebimus add. Jac. Schallerus opere de paupertate Monachorum passim.
- f) de quo solliciti Grot. h. §. 2. Pufend. IV, 4, 6. Hobbes VI, 4.
- g) Conf. Strauch. de Imp. Mar. c. 1. §. 12. Obrecht. Diss. cui titulus: Sacra termini, §. 27. Dissenti Pufend IV, 4. statuitq; concessionem Dei, solum de indultu eius docere, quod ad proprietatem & communionem sit indifferens, ut vero illa in mundo existeret, immediate ex conventionem hominum, tacita aut expressa, profluxisse, quâ ceterorum ius ad eandem rem excluderetur, unde ne ius Adami, dominium dici posse, quâdian ille solus fuit. Nisi fallor, permiscet V. Cl. (1.) ipsum dominium cum modis acquirendi transferendique illud divina concessione, hi hominum pactis proxime nituntur. (2.) dominii essentiam, qua facultate morali, rem sibi tanquam propriam habendi, absolvitur, cum effectibus eius atq; hec iterum, (3.) effectus formales, qui dominium absolute & in statu naturali sequuntur, cum accidentariis, qui eisdem, relative considerato, quatenus ex determinatione humana in societate civili peculiarem accepit formam, superadditi sunt; nam exclusio aliorum, si de actu intelligas, est effectus mere accidentarius: sin de iure, excludendi, formalis quidem est, sed tum etiam Adamo competebat, cuius ius, utiq; dominium, naturaliter, in sensu absoluto, quatenus ut ius in re consideratur, & fuit, & dici proprie potest; suffragantibus ipsis etiam sacris literis.

h) *Gen. l. 24. 30. an ei soli, tanquam individuo, quod Strauchio, Zieglero, Ofiandro videtur, an quatenus totius generis humani personam representat, ut Seldenus, Bœclerus, Obrechtus volunt à utraque sententia eodem recidit, quod Idem Bœclerus p. 39. observat.*

i) *Gen. l. IX, 2. add. Psalm. l. IX, 7.*

k) *qua Pufendorfii mens apparet, quando IV, 1, 14. afferit sanam rationem suadere, id inter homines constitui & recipi.*

l) *quod vult Bœclerus p. 42. idq. amplius confirmari potest ex analogia rationum, quibus, primævam orbis in diversa imperia partitionem, lege natura præceptam esse, demonstravit Ulr. Obrechtus sacr. Termin. §. 18. & 23. seqq.*

II. Facile hinc apparet, quid de *libertate maris*, m] quasi intra primævam *communione* illud adhuc subsistat, ac omnis *proprietas* expers sit, haberi debeat. Certum namque est, mare, sumtum aut sub *ratione integri*, aut sub *ratione præcipuarum partium*, n] non solum in *proprium jus*, tam *dominii*, quam *imperii* o] *ratione*, æque ac res cæteras, quas initio Deus hominibus concesserat, variis *modis acquirendi* abire, atque ita etiam *retineri*, posse, p] sed actæ etiam à *Romanis* q] non mitus, consentiente quoque *jure Romano*, r] quam *populis aliis*, s] maximam partem esse occupatum.

m) *de qua disceptatum hoc seculo inter Anglos & Batavos. Qua ad historiam controversiæ attinent, una cum nominibus præcipuorum scriptorum, ac momentis sententiarum diffidentium, egregie annotavit Bœclerus h. p. 48. seqq. Seldeni opinio invaluit, Grotii vero argumenta, tum Mari libero, tum h. §. 3. allata, præter scriptores proprios, consularunt Illustres Viri, Huldericus ab Eyben Observ. ad Inst. Disq. VI. Obs. 3. & Jo. Strauchius de Imp. Mar. c. 2. add. Gryphiand. de Insul. c. 14. §. 13. seqq. Feltman. ad l. 2. §. 1. ff. de rer. div. n. 12.*

n) *nam de exiguis partibus Ipse Grotius II, 3, 8. fateatur.*

o) *alias de imperio solo concedit Grotius II, 3, 13. sed utriusque discrim-*

discrimen egregie explicat, ac utrumq; in mari locum habere,
ostendit Strauchius.

p) quos partitum heic ostendit Strauchius c. 4. seqq. & Instir. Jur.
publ. MSC. L. XI. Tit. 3.

q) quod docet Strauchius c. 3.

r) frustra dissentit Grotius II, 3, 9. 10. II. adiectus pro sendidit
illos, respondit Strauchius.

s) de quibus Seldenus.

III. Hac rerum proprietate stante, nihilominus ipsum
mare ac res quædam aliæ, quarum nempe natura ferat, ut
sine proprietarii damno, secundum certos usus cuilibet
alii interservire possint, mansere, istius usus ratione, quoddam-
modo *vacua*, atque hoc sensu etiam *communes*; ac in uni-
versum *rigor dominii*, Dei beneficio hominibus, ut & sibi
in vicem hinc benefaciant, collati, ordine ac sine societatis
restrictus est temperatusque, duplici jure, necessitatis ac in-
noxie utilitatis, t) cuius vi, quisque alterius damnum vel
periculum gravius, incommodo vel periculo suo leviori
avertere, suarumque rerum usum innoxium indigenti-
bus concedere tenetur. usq;

e) qualia exposuit Grot. h. 5. 6. & IX. seqq.

u) agnoverunt hoc etiam saniores gentes, quorum testimonia
collegit Pufendorf. III, 3, r. 2. 3. 4.

IV. An vero si ille huic obligationi sponte satisfacere
detrectat, alter ad cogendum, aut vim inferendam, jus ha-
beat, non imposito quaeritur. Albericus Gentilis x) existi-
mat, ut vindicetur injuria, quæ detrimentum passo ex hac
violatione ordinis naturalis infertur, & jus natura asserta-
tur, quod delinquendo in finem humanæ societatis lædi-
tur, bellum juste moveri posse. Moralista liberaliores sunt,
privatis etiam, jus occidendi Dominum, impedire volen-
tem, sub moderamine inculpatae tutelæ, pessime conce-
dentes. y) Ego sic puto, jure naturali, z) indigentem fa-
cultatem

cubiatem quidem *perfectam* non consequi, ut alterum vi cogens, *suo jure fecisse* dici possit, comperere tamen in *perfectam* aliquam, cujus ille sit effectus, ut factum tale, quod *absolute & simpliciter* consideratum, nec *licitum* nec *justum rectumque* est; *extraordinario* hoc rerum statu, facienti ne utriquam *imputari*, interdum etiam illud ipsum sub *æstimatione justæ rectivæ*, saltim quod *negativæ* tale dicitur, *defendi* vel *excusari*, possit. a)

x) de jur. Bell. l. 19. p. 141. 142.

y) de quibus Bœclerus & Zieglerus.

z) nam lege civili, in *perfectum jus* potest *evalescere*, ut apud Hebraeos. jus egenorum. de quo Selden. VI, 6. Pufendorf. II, 6. §.

a) Conf. omnino Ulric. Obrechtus Diss. de Rat. Bell. c. 3. §. 17.

V. Quare verior mihi videtur illorum sententia, qui cum *Grotio*, nec *furti*, nec alterius cujusque delicti *reum esse* statuunt b) cum qui *gravissima necessitate* res alienas subripuit. c) Sicut nec *injustitia* argui potest Princeps, qui *ex ratione belli*, quam vocant, locum in solo pacato situm, etiam invito Domino, occupavit, dummodo *requisita, Grotio* d) notata, adfuerint.

b) ut Pufendorf. II, 6, §. & Franzkius II. Res. 7. n. 93. cum *allegatis*. Dissentit Zieglerus p. 230.

c) non ex fundamento *reviviscentis primaræ communionis* tempore *necessitatis* quo, præter Grot. Velthufius, & Canonistæ ad c. 10. X. de furs. ac Moralistæ passim, utuntur. sed quia *requisita furti essentialia non adsunt*. Deficit ratio generica, *contractatio fraudulenta*, cum non sit dolus, ubi nulla voluntas & *πρῶται πέσις*, necessitas & vis etiam à culpa liberant. l. 49. §. i. ad L. Aquil. deficit & *specificæ formæ*, animus lucrandi, sine quo *furtum esse* nequit. l. 39. de furs. *lucrum enim est id solum, quod necessitate superest*. l. 30 ff. pro soc. nec *lucramur*, de quo restituendo, obligamur, ut in materia *fructuum* b. f. *perceptorum*, docent Nostri. Non obstat Proverb. VI, 30. d) b.

d) *h. §. 10. & III, 17. I. add. Obrechtina Dissertatio modo laudata Pufend. II, 6. 8.*

VI. *Ex iure innoxia utilitatis est, quod terra, flumina ac maria, in proprietate populi alicujus existentia, parere debeant his, qui transitu opus habent, ad justas causas; e) ita tamen, ut ille à Domino ditionis prius postulandus sit, si negatur, vindicari potest; f) Atque hæc non tantum de personis, sed & de mercibus vera sunt. Sicut autem facultas ipsa, quæ est circa commerciorum libertatem, non impedit, quo minus Imperanti cuivis in suo, circa modum transportandarum mercium disponere liceat, g) ita nec repugnat, quando transeuntibus terra, amnis aut fretis, mercibus, in compensationem onerum propterea sustinendorum, vectigal aliquod æquum imponitur. h)*

e) *Grot. h. n. 13. & III, 17, 2. Pufendorf. III, 3, 5.*

f) *Dissent. B. Strauchius de Imp. Marc. c. 8. num. 2. atq; Zieglerus & Osiander h. l. Sed quod pace tantorum Virorum dixerim, forte præter justas rationes. Nam habet quidem jus imperii Princeps, quod videtur omnes alios prohibere, regulariter nempe, heic autem illud restrictum est, jure humanitatis. Quod vero per privatum fundum non liceat ire, invito Domino, nisi constituta servitute, ad publicum hunc transitum vix potest transferri, neq; enim in privatis istis, ratio transitus tam necessaria, qualis in publicis est, ad commercia, ad bellum, potest ostendi, ne dicam, quod privatum fundum, sine servitute quaesita, transire non possim, intelligendum esse, de jure transeundi perpetuo, quod nec in publicis, sine pacto obtinetur, aliud est de actu uno aut rariori, quem sicut hic territorio, ita illic utiq; agro suo, Dominus concedere tenetur, jure humanitatis. Faculis autem & flammis ideo iri nequit, quia facile sic damnum infertur, ac Grotius non nisi de innoxio transitu loquitur.*

g) *Conf. Alb Gentil. de Iur. Bell. I, 19. p. 144. Hinc jura proximios, scapulæ, geranii & similia, ap. Strauch. c. 6. & 7. Bcccler.*

cler. h. l. defenduntur. 32. etiam potest Zieglero, h. n. 13. cum
 n. 24. quasi sibi contrario, conferenti, priori enim de exercen-
 do jure commerciorum simpliciter, posteriori de modo re-
 stringendi jus illud, agit Grot. aliter 32. Pufendorf. III, 3, 6.
 h) Vid. Bœclerus h. l. Strauch. c. 7. §. 5. Pufendorf. III, 3, 7.

VII. Eodem fundamento, prætervehentibus aut præ-
 tereuntibus *Jus morandi ad tempus*, valetudinis aut alia
 qua justa de causa; imo etiam *Jus perpetuo habitandi* illis,
 competit, qui sedibus suis expulsi, receptum quærunt,
 dummodo *imperium*, quod constitutum est, subeunt, &
 quæ alia ad vitandas seditiones sunt necessaria. Atque hi
 possunt etiam, si quid intra territorium populi est deserti
 ac sterili soli, occupare, occupatione *possessiois*, non *ju-
 ris*, seu *proprietas vel imperii*, quam Grotii mentem esse,
 contextus verborum satis ostendit. i)

i) Grotius h. n. 15. 16. 17. Pufendorf. III, 3, 8. 9. 10. *que* Com-
 mentatores aliqui heic regerunt, quasi publicæ utilitati ad-
 versentur, contra Grotium non sunt, cujus fundamentum
 omne in utilitate innoxia ponitur, hæc cessante, cessabit etiam
 concessio.

IX. Datur etiam hinc *Jus* aliquod *commune* populis
 inter se invicem, *ad actus*, quos humana vita desiderat.
 Quo pertinet *facultas* contrahendi, *emendi* res venales,
vendendiq; suas, ambiendi ac obtinendi *matrimonia*, alios-
 que actus exercendi, quos populus aliquis promiscue ex-
 teris, non *beneficio* aut singulari *privilegio*, sed *ex libertate*
naturali, apud se, concedit, ab æquali enim tali licentia,
 unus populus excludi, citra injuriam, nequit. His tamen
 non obstantibus, monopolium veluti publicum consti-
 tuere, adeoque populo alicui cum alio populo pacisci,
 licebit, ut is populus, certi generis fructus, qui alibi non
 nascuntur, sibi soli vendat. k)

k) Grotius h. n. 18. ad 24. Pufendorf. III, 3, 11, 12, 13-14. Frustra
 iterum

iterum à Commentatoribus quibusdam impugnatur Grotius, ac si minus rectè heic tradidisset, cum enim licitanti uni privato, citra injuriam, negari possit mercis, quidni liceret id integro populo? At r. nondum probatum est, ista denegatione simpliciter nullam injuriam committi, & posito, quod non sit injuria, si ab uno venditore negetur, eris tamen, si communiter ab omnibus: heic vero sermo est, an uni populo ab alio populo, non à singulis, ex populo, citra injuriam, possit negari, quod civibus & reliquis gentibus tribuitur. Idem descendum, de matrimoniorum licentia, ubi quidem privato licebit prohibere, ne filia sua nubat Titio, non aliter vero, quam si iusta & legitima subsit causa: sed hoc etiam de toto populo concedit Grotius. Deniq; posse jus gentium & ipsum jus natura per jus Civile positivum limitari, certum est; at iterum Grotio hoc non adversatur, qui non loquitur de eo casu, ubi libertas naturalis per positivam legem omnibus est adempta, quod fieri posse, admittit: sed an tum, quando res in statu naturali relicta est, una gens possit citra causam excludi.

I.

Quod jure singulari nostrum est, acquiritur vel modo *Ad Lib. II. Cap. III.*
Originario, quo dominium aut jus simile primum nobis constituitur, vel *derivativo*, quo jam constitutum ab uno in alterum transfertur. Originarie hoc fit, acquisitione rerum a) vel *juris in personas*. b) Et in rebus quidem, per *occupationem*, tam ad dominium proprie dictum, quam *imperium* tendentem; quanquam in loco, cujus imperium jam occupatum est, *ius occupandi* res mobiles, in statu naturali adhuc positas, *lege Civili* possit *anteverti*; c) aut etiam *prohiberi*, si res dominium quidem habuerunt, sed habere desierunt, vel *derelicta* sunt. d)

a) de quo. c. 3. & 4.

b) de quo c. 5.

c) *Conf. Grot. h. n. 3, II, 2, §. II, 8, §.* Pufendorf. IV, 6, 4.d) *de bonis vacantibus, varia civilia jura, vid. ap. Perez. ad l. C. de bon. vac. Hodie ad regalia pertinent. Sixtin. l. 2. c. 9.*

E

II, In-

II. *Infantes* vel amentes, utut originarie dominium acquirere non possint, in univcrsum tamen *capaces* sunt *dominii*, non solum *civili*, aut *gentium*, sed ipso etiam *naturali jure*, e) atque hoc tam quoad *actum secundum*, quam *primum* habent, nihil enim aliud, quam *effectus* *dominii* per se exercere, impediuntur. f)

e) *Conf.* Bœclerus *h. p.* 94.

f) Zieglerus *h. p.* 244. *Conring. ad Lampad. III, 4, 26.* Pufendorf. *IV, 4, 15.*

III. Ratione *Imperii*, à duobus populis, quorum m *territoria* flumen secat, occupari, frequens est contentio, g) quoties flumen cursum mutavit, an simul & *impey* *iterminus* mutetur, & an quæ flumen adjecit, eis cedant quibus adjecta sunt. Mihi omnium optime ex conditione *territoriorum* rem definiisse videtur *Grotius*, ut si habeat *qualitatem agri limitati*, nihil mutetur; *sin arcisini*, mutetur, flumine *paulatim* mutato, non vero *alvo* toto. h)

g) *Contrarias dissertationes exhibet* Gryphiand. *de Insul. c. 14. §. 87. seqq.*

h) *h. n. 16. 17. 18. quem sequuntur* *Commentatores* & Pufendorf. *IV, 711. nititur autem ratio* *Grotii*, à medietate fluminis, *sinestring*, *terminante*, præsumptione quidem naturali, *communiter recepta*, docet Gryphiand. *c. 17. n. 97. seqq.* non tamen præcepto, *juris naturalis*, notante *Obrechtio* *Dissertatione Sacra Term. §. 34.* hinc illa vel *contraria præsumptione fortiori elidi*, vel *expressis pactis aliter constitui. potest*, quod *Grotius n. 18. fatetur.*

I.

Ad Libell
Cap. IV.

U *Sucapio* a) non solum *civili*, b) sed *naturali* potissimum *juris* c) debet *originem*; postea *jure gentium* *voluntario* d) prorsus *roborata* ac *confirmata* est, plerorumque tandem *populorum civilibus legibus*, e) ex *conditione suæ Rei publicæ*, *specialem formam* accepit.

a) de

- a) *de cuius requisitis. Et differentia a prescriptione, vid. Æm. Ferret. ad l. 3. π. de usucap. Pufendorf. IV, 12, 3, 4.*
- b) *quod putant Cujacius add. l. 1. π. de usucap. Schuzius, C. I. P. Vol. 1. D. 3. coroll. 1. Feldenus h. p. 151. quorum argumentis respondeba.*
- c) *quod præter Grotium demonstrant, Bœclerus, Zieglerus, in annotatis. Seldenus Mar. claus. 1. 26. Conringius de Finib. c. XIX. p. 273. Et delmp. Germ. Rom. c. 5. Zouchæus Jur. Feud. part. 11. sect. 3. q. 8. male ergo contra conscientiam esse, voluit; quine terminos quidem intellexit, Amesius, Casib. Conf. l. 5. c. 41. § 39. seqq. refutatus Tabori part. Elem. p. 11. tb. 22.*
- d) *Conf. Grot. h. num. 9. Pufendorf. IV, 12, 9. Hugo du Roy L. III. 2. §. 4.*
- e) *quomodo in Rep. Romana, vid. Dd. ad tit. j. Et ff. de usucap.*

II. De fundamento tamen ejus non uno modo loquuntur. Nescio autem an ab *iniquitate* jus usucapionis satis efficaciter liberare possint, qui non alias rationes, quam illas; ut *hominum* sua jactantium *negligentia coercetur*: *litium finis* esset: nec *rerum* diu aut fere semper *incerta dominia* manerent: aut similes, eidem substernere norunt; siquidem istæ pro *causis* solum *externis*, suaforiis ac impulsivis valent. Nos *intrinsicam* ac *justificam rationem*, propriumque ejus fundamentum, in *presumpta prioris Domini derelictione*, eamque secutâ *alterius occupatione*, quaeri debere, cum Grotio f) existimamus.

- f) *h. n. 4. 5. 6. 7. 8. Strauchius Instit. Jur. publ. MSC. L. 1. r. 20. §. 7. seqq. ubi rationes hujus presumptionis Conringianas examinat. Pufendorf. Elem. I, 5, 24. non obstat prescriptio ex l. 25. pr. ff. de probat. cui tanq. generali, derogat specialis. l. 28. de Verb. signif. Et l. 16. de fund. dotal. contenta.*

III. Atque hinc facile apparet, usucapionem non tantum inter *subditos* unius, sed *diversarum* quoque *Rerum publicarum*, quin inter ipsos *diversos* quoque *populos* liberos, ac *Reges*, locum habere. g.)

- g) *Grot. h. n. 2. idem pluribus rationibus ac exemplis asseruerunt*

Alber. Gentilis de *J. B.* 1, 22. Pufendorf. *IV*, 12, 11. Limnæus ad *Capit. Carol. V. art. 9 p. 173. seqq.* Magerus de *Adv. arm.* c. 6. §. 34. *seqq.* *Fræstra dissidentibus Scriptoribus Gallis.*

IV. Sicut vero, difficultate non caret, an etiam *nona dum natis* jus suum tacite tali derelictione possit decedere, quam tamen *Grotium* h) rectè expeditivisse, credo; ita ex adverso certum, inter eos qui *actum* rerum potiuntur, tum in *diversis Rebus publicis*, tum in *eadem Republicâ*, etiam *summum Imperium* hoc modo *amitti*, ac vel à *Rege*, vel à *populo* seorsim *acquiri*, aut etiam inter eos *dividi* posse; i) quanquam istis casibus *leges civiles* k) in tali Rep. super *ufucapione* latæ non haberent locum; sed mero *naturali jure* res æstimari deberet, quamdiu de ejusmodi *juribus* agitur, quæ ad *imperii summi naturam* pertinent. Falsum hinc est, quod *Vasquius* putat, semper licere subditis quibuscunq; etiam post tempus omnem memoriam excedens, in libertatem se vindicare; Cæterum quæ circa *mere facultatis rerum præscriptionem* statuit *jus Romanorum civile*, m) etiam *naturali ac gentium juri* conveniunt. n)

h) *h. n. 10. sequitur Pufendorf. IV, 12, 10. Consensus jus Romanum, simili decisione in l. 7. §. 1. de Senat. cujus ratio in l. 63. pr. in fin. ff. ad. L. Falc. alterius fundamentum in l. 24. §. ult. l. 26.*

i) *Grot. h. num. 11.*

(*de damn. inf.*)

k) *quibus summum Imperium aliqui? Cui heic subjiçant, quorum nomina ap. Arnisæum de Jur. Maj. L. 2. c. 2. §. 5. refutat Grotius h. n. 12. 13. & Strauchius de Imp. Mar. c. 4. §. 5.*

l) *Illustr. Controv. II, 82. quod refellit Grotius h. n. 14. & Corring. de finib. c. XIX. n. 7. addi debent ex Grotio. l. 7, 2. l. 4, 15. 16. 11. 22, 11.*

m) *de quo vid. Strauch. Diff. Justin. II, 7.*

n) *Grotius h. n. 15. de luitione pignoris aliqui dubitant, sed Grotii sententiam praxis servat, quod præter Gailium & Mynsingerum, Strauchio laudatos, docet Klock. relat. 1. p. 17. w. 197. Freher, parerg. l. 1. c. 10. Consultat. Saxon. p. 1. q. 1.*

COL

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO IV.

Respondente

WILHELMO HARTMANNO CRANZIO

GIESSENS. HASSO.

I.

Jus quod in personas nobis originarie acquiratur, Grotius *Ad Lib. II. Cap. V.* ex triplici fonte deducit, *generatione, consensu, delicto*. Ex primo est *jus parentum in liberos*, quod *potestatis*, ac imperii nomine consuevit appellari. a) De cujus *existentia* facile potest constare, quia in *omni societate jus* est in *inaequali* insuper, qualis est inter patrem & filium, *rectorium*, quod ex illa parte *imperium*, ex hac *obsequium*, importat. Sed de *origine* ejus valde dissentiunt. Ego, illud nec ex *jure victoria*, cum Hobbeso b) nec ex *alimentatione parentum & presunto liberorum consensu*, cum Pufendorfio c) repeti: sed nec ex *divina concessione*, quod Hornius d) facit, *immediate* deduci; optime vero ex *generatione*, secundum Grotii e) disciplinam, demonstrari posse, existimo.

a) de patria potestate, scripserunt Alcanius Clementius, Philippus Paschalis, ac passim Dd. ad tit. j. de p. p. sed confundunt instituta civilia, cum jure naturali; accuratius distinxit, Jo. Eichelius singulari libello, de jure naturali parentum in liberos, & horum in parentes. add. Selden. VII, 2. Pufendorf, VI, 2, Textor Synops. Jur. Gent. 6. 7.

b) de Civ. IX, 2. seqq. quasi matri, qui primum filium in sua potestate habeat, originarium imperium competat, quod derelinquere & in patrem derivare censeatur, quando ei filium daturum. Sed 1. principium illud, quod supponitur, bellum omnium in omnes figmentum est. 2. nulla heic adest pugna, sine qua nec victoria erit, cujus jus 3. ad acquisitionem derivativam pertinet, nos his de originaria loquimur, ut adone per similitudinem quidem hac sententia valeat. Nam alias 4. a

E 3

poten-

potentia physica ad moralem non licet concludere, cum & latro possit alium in potestate habere, virium ratione, cuius tamen jus non competat. Imo sequeretur sic & obstetrici originarium competere imperium, quia illa filium primum sua potestatis facit, nec 6. derelinquit aut transfert jus patrum, qui filium alteri educandum aut alendum dat, conf. Grot. h. n. 26. uti exemplo Pædagogii, tutoris, aliorumq; patet, ut alia taceam.

c) def. N. & G. V. l. 2, 4. ac de offic. 11, 32. cuius rationes. sua fortior potius sunt, quam iuridicæ. Nam primum fundamentum, quod à lege naturæ, que parentibus curam liberorum injunxerit, desumitur, nihil aliud quam officium horum elicit, non jus: siquidem Tutores etsiam ea omnia agere debent, quibus tamen jus patrum nemo tribuerit. Et licet aliqua potestas ad dirigendas actiones filiorum hinc sequeretur, tam eximia tamen, uti hic querimus, inde non nascitur. Alterum de consensu præsumto vix probabitur, neq; enim potest in ullo subjecto præsumi consensus tacitus, in quo per naturam non est locus expresso. l. 2. de neg. gest. loquitur de rebus, que geruntur ejus nomine, qui potest consentire, & naturaliter quidem istius obligatio non oritur ex consensu, sed ex re sive facto, quia res eius bene gesta sunt. Conf. l. 45. de O. & A. l. 25. §. 16. fam. ar. cise. l. 31. pro soc. cui per legis civilis fictionem idem tribuitur effectus, minime obligatio, ac si consensisset, qui acta non consensit, consentire tamen naturaliter potuit, quales fictiones iura natura ignorat. Imo si niteretur imperium patris consensu filii præsumto, amitteret illud, quam primum filius contradiceret, quia consensus præsumtus aut etiam tacitus tollitur per expressum dissensum, ac nec invito patre, §. ult. j. quib. mod. ius p. p. solv. nec utriusq; consensu, ratione vinculi naturalis, illud nunquam solvitur.

d) Polit. l. 2. 3. cui respondit Pufendorf. loco nominato.

e) h. n. 1. consensu Bœcler p. 150. Claf. Pol. l. 3. 4. ubi que ab Horatio opponuntur, etiam refellit. Quæ Hobbes, de indivisibilitate summi imperii rogerit, nihil evincunt, neq; enim tale imperium parentibus competit. Speciosius Pufendorfius excipit, per generationem filium nobis fieri æqualem, ut ergo inæqualis sive subjectus fiat, alio titulo opus esse. Sed respond. generat

rat

tas pater filiam sibi aequalem physice, non moraliter, aut si \S *hoc vis, aequalem, quoad jura communia, in ordine ad alios, utpote libertatis, civitatis, familia: non propria, seu personalia inter se invicem, hactenus enim omnino per generationem inter patrem \S filium constituitur jus dispar ac inæqualis obligatio, us alio titulo non sit opus. Lactantii locus oratorius est, ad demonstrandam divini in nos imperii prerogativam, cuius intuitu jus patris utiq; nullum est: vim ergo probandi philosophicam non sustinet, ubi de imperio patris, non in oppositione ad Deum, sed respectu ad alios homines \S filium ipsum, agitur. Quis enim proprie ac absolute patrem solum generandi ministrum diceret? ipsam vero generationem proles causa suscipi, finis matrimonii indicat, qua in Diss. de obl. adv. patr. §. 8. pro educatione regeruntur, etiam ad alios, præter parentes, quadrant, illis tamen imperium tale non competit.*

II. Subjectum hujus imperii, naturaliter sunt pater ac mater f) sed si contendant inter se imperia, regulariter patris præfertur, g) non tam ob sexus præstantiam, quam propter potestatem, in ipsam matrem ei competentem. Quod amplius adinem vero ac terminos ejus attinet, pro diversitate Rerum publicarum per leges civiles varie possunt circumscribi. In statu naturali ac extra Rempublicam, generaliter tantum ei competit imperium, quantum ad finem hujus societatis est necessarium. Partitim vero ejus exercitium, per tria in liberis atatis tempora, eo modo, ac Grotius h) explicavit, sese exserit: ita ut in primo, judicii imperfecti tempore, in universum omnes liberorum actiones, i) in altero, judicii perfecti quidem, filio vero adhuc familia parte manente, illæ solum, quæ ad familia statum aliquid momenti habeant, imperio patris sint subjectæ: in tertio, ubi filius familia paterna excessit, actiones ejus libere penitus sunt ab isto imperio, durante tamen semper

ancto

obtoritate patris, cui ex parte filii reverentia perpetua respondet.

- f) *nec repugnat jus Romanum. Vid. l. 2. de J. & J. l. 6. de in jus voc. l. 4. de Curat. suriof. quanquam in effectibus civilibus, matrem excludat. §. 10. J. de adopt. l. 196. de V. S.*
- g) *varie distinguunt Pufendorf. VI, 2, 5. Eichelius laudato libello part. II. §. 5. seqq.*
- h) *h. n. 2. 3. 4. 5. 6. quem sequitur Pufendorf. VI, 2, 7. seqq. as de offic. II, 3, 5. seqq. Eichelius part. II, §. 8. 9. Dissentit Zieglerus p. 268. putatq. non debere tempora distingui, quia ubi q. liberi debeant obedientiam. Verum, ipsum jus patris semper manet aequale, est tamen differentia, ratione exercitii, quoad effectus, etiam naturaliter, atque ita responderi quoq. potest. Feldeno.*
- i) *an & bona, ita ut eorum dominium, non filio sed patri acquiratur? Distinguit Pufendorf. VI, 2, 8. sed forte ea distinctio civilis, non naturalis juris est. quare simpliciter cum Grotio h. n. 2. statucendum puto, quem sequitur Eichel. part. II, §. II.*

III. Tenentur autem parentes, ut liberos alant, atque hoc debitum est, sensu laxiore, ut Grotius explicat k) quare satis hinc constat, quod *juri naturali* repugnet non solum abortum procurare, l) sed & infantem recens natum exponere, vel abjicere m) siquidem finem hujus societatis id prorsus impedit tollitque, quicquid etiam mores aut leges quorundam populorum, n) hoc indulgentium statuunt; quales non magis *justa* sunt, quam illæ, quæ *jus vita & necis* o) absolutissimum concesserunt: *naturaliter* enim hoc jus, patri sive *quæ patri*, sive ut *familia* segetis capiti, ne quidem occasione delicti, competere, verius mihi videtur, p) quanquam *alios* q) dissentire sciam. Cæterum in adoptionem filium dari alteri, qui *jus patria* potestatis hinc consequatur, nec *naturali juri* contrariatur. s) An autem oppignorare, vel vendere licebit & asserunt t) alii, alii negant, u)

qui-

quidam in *utramq; partem* x) disputant. Ego, salvo aliorum iudicio, si *rigorem imperii* paterni respicias, *extraordinario*, summæque necessitatis *casu*, utrumque licere existimo, non eo effectu, ut vel *patria potestas* transferatur, vel filius in *servitutem* perfectam detrudatur, sed ut alteri constituantur *jus aliquod reale*, dominio analogum, *utendi servitio* filii. Nec aliud populorum, qui id permiserant, *leges civiles*, voluisse, accuratius inspicienti apparebit. y)

k) *Il. 7. 4. quatenus non ex particulari, sed universalis iustitia descendit, itaq; licet justum laxè dicatur, ratione fontis solum intelligi debet, obligationis autem validitati nihil hinc deducit. Conf. l. 1. 3. 9. Il. 12. 9. Il. 13. 17. Il. 17. 2. atq; ita cum Grotio facile Pufendorffium IV, 11. 4. conciliari posse arbitror. add. omnino l. 4. de agnos. Et alend. lib. qua de ratione naturali agit, de civili coactione l. 5. §. 10. eod. Quid vero nomine alimentorum comprehendatur, explicant Textor c. 4. n. 10. seqq. Pufend. IV, 11. 5. Eichel. p. 1. §. 26. seqq. Perez. adt. C. de al. lib. n. 20. Cravett. Conf. 199. n. 3.*

l) *Vid. Eichel. p. 1. §. 15. hinc homicidii pœnam olim jam statuit Synodus 6. in Trullo. c. 91. quod cur Romano iure secus sit factum, de quo Strauch. Diss. Inst. XXIX. §. 8. Philosophia Stoica, cui Veteres juris autores adducti erant, opinio, effecisse videtur, quâ foetus in utero matris pro animali non habebatur, notante Merillio 1. obs. 16. ac Fomanno Disp. V. th. 3. l. a. quale quid eadem veritate estimandum est, ac illud, quod infantes irrationales sint, sicut hoc quoque Stoici docebant, ut Fabrottus Exerc. IX. p. 113. observat.*

m) *Eichel. p. 1. §. 16. male dissentit Hobbes. de Civ. IX. 2.*

n) *de quibus Pufend. VI, 2. 6. saniores fuere Romani, qui prohibuerunt, de pœna. V. Nov. 153. hodie Ord. Crim. art. 132. de praxi. Carpz. Crim. p. 1. q. 10.*

o) *ut veteres Romani. Vid. l. 11. de l. 16. Et posth. l. ult. C. de pat. pot. Galli Casar. de B. G. VI, 19. aliq;.*

p) *cum Grotio, h. n. 7. Bœclero, ac Osiandro ad istum locum.*

q) *Zieglerum h. p. 291. Hornium polit. I, 2. 4. Pufend. VI, 2. 11.*

r) *vid. Coloss. III, 21. Ephes. VI, 4. l. 3. C. de pat. pot. l. un. C. de emend. prop.*

- s) *Conf. Pufend. VI, 2, 9. nec obest, quod iura persona coherentia, quale est imperium patris, in alium transferri nequeant. Grot. h. num. 5. § 16, III, 7, 4. non possunt formaliter, possunt tamen quo ad effectus, nam & usufructus ius personale est, & tamen aliis locari, vendi, concedi potest. l. 12. §. 12. l. 67. de usufr. sc. effectus illius iuris, facultas usurpand. l. 8. §. 1. de peric. & com. res vend. explicante Strauchio Diss. Iust. VII, §. 32. ita & potestas patria, ratione formæ non transit, sed ratione effectuum: aut salva manente naturali potestate, penes patrem, per adoptionem civilis quædam producit, quatenus illius effectus quiescunt, aut huc transferuntur, vel novi etiam super adduntur.*
- t) *Grotius h. n. 5. ex Commentatoribus Zieglerus & Osiander. add. l. Conringius de finib. c. 19. Clafen. Pol. I, 3, 9. Hornius Pol. I, 2, 4.*
- u) *ex Commentatoribus Grotianis Bæclerus & Feldenus.*
- x) *Eichelius part. 1. §. 22. 23. 24.*
- y) *de Romanis, sequiorum temporum. vid. l. 2. C. de patrib. qui fil. distr. & qua prohibuerunt Edicta Theodrici, leges Wisigothorum aliorumq., de aliis casibus loquuntur.*

IV. Jus, ex consensu originarie in personas ortum, vel ex consociatione, vel ex subiectione venit. Inter consociationes maxime naturalis est conjugalis, cui matrimonii aut nuptiarum nomen tribuitur. z) In qua marito quoque in uxorem competit imperium. Sed unde & qua origine, iterum dissentiunt. Ego, nec cum Aristotele, a) ex naturali sexus præstantia; nec cum Hornio, b) ex divina concessione, tanquam causa immediata, sed ex consensu consociationis, cum Grotio, c) deduci illud proxime debere, existimo. Amplitudo ejus naturaliter vicissim sine societatis hujus æstimatur, nequaquam vero ad jus vite & necis d) se extendit, si de marito, quæ tali, e) loquaris, ut ut leges moresque quorundam populorum f) id permiserint: cum jure tamen præcipiendi simul coercendi, aliqua denique circa bona uxoris, disponendi facultas, marito competit, qualem in statu

nacu-

naturali, uxoris, tanquam *socia*, conditio, *temperat*, g) in civili, *Rerum publicarum leges varie determinant*. h)

- 2) de hoc argumento, *Theologi & Jcti, siere prolixi: ex Theologis nostris, Lutherus, Brentius, Sarcerius, Bidenbachius. ex Reformatis, Beza & Buxtorfius, ex Jctis, Albericus Gentilis, Tiraquellus, Cypræus, Hotomannus, Briffonius, Kizelius, aliiq, plures, eum seorsim eum conjunctim: editi, ex Doctores juris Jurisprudentia universalis, præter Grotium, qui paulo liberalius heic versabatur, Seldenus libro V. Pufendorfius VI. 1. Textor Synops. Jur. Gent. c. 3. egerunt, Lambertus Velthufius etiam tractatu *Morali de Naturali pudore, & dignitate hominis, qui parte prima operum ejus nuper editorum, extat, de incestu, fornicatione, voto cælibatus, conjugio & polygamia, adulterio, malitiosa desertione. divortio & repudius, non spernenda attulit.**
- a) *IX. Nicomach. 13. sequitur Arnifæus, male. Neq, enim qualitas naturalis, producere ex se potest moralem, hinc recte confutat Hornius, I, 6. & si eodem sensu vult intelligi Pufendorfius VI, I, II.*
- b) *Polis. I, 1. 6. fin. & 7. cujus rationes convellit Pufend. VI, I, 12.*
- c) *h. n. 8. consentis Bæclefus add. II. Grot. p. 181. Velthufius allegato libro p. 207. Pufend. VI, I, 9. novi quidem opponere Osiandrum aliosq, non mere ex natura vel consociatione petendum jus mariti, esse enim juris divini & expressæ dispositionis: verum non sunt opposita, concedimus ipsi, non solum de statu corrupto, per Gen. III, 16. sed innocentia etiam, si ille mansisset, propter I. Corinth. XI, 7. seqq. cum Gerharo de M. P. n. 25, 26. est tamen ea causa remota, qua proximam non tollit.*
- d) *quod putat Hornius Pol. I, 1. 5. sed eum præter Pufendorfius VI, I, 13. prolixè confusavit Annosator Epsteinius p. 97.*
- e) *Secus enim, si simul ejus Dominus ac Princeps. Vid. exemplum Regis Anglia. 15, 6. apud Sleidan. L. 18. Comm. p. 267*
- f) *de Germanis videatur Tacitus Germ. XIX. de Gallis Cesar. B. G. VI, 19. de aliis Bodinus de Rep. I, 3. Arnifæus de Jur. Conub. c. 7. f. 4.*

g) *Vid. Bæclerus b. p. 158. Inst. Pol. l. 2, p. 29. Felden. p. 165.*

h) *de Hebræis vid. Selden. Uxor Hebraica. de Romanis {Civ. Nostri.*

V. *Definitionem Matrimonii Grotianam* iusto *lasiorem* esse, cum *Commentatoribus*, i) existimamus, quod non solum ad *alias potestates* inde subsumere liceat, sed & *reciproca fides*, quæ formam matrimonii constituit, omissa sit; poterit vero in locum ejus, *Imperatoris Nostri* aut *Modestini* definitio substitui. k) Cæterum repugnant *naturali juri* omnes *vagi concubitus* ac *libidines*, quæ nullum alium finem, præter obscœnam titillationem, habent, quo pertinet non solum ea *œditas*, qua in *brutorum corpora*, aut *parem in sexum* quidam feruntur, quale crimen *Sodomia* nomine appellatur; sed & quæ *regulari sexus commixtione* perpetrantur, *adulteria* ac *scortationes* quæcunque, etiam si heic intentio prolem excitandi concurrat. l) Nequaquam vero repugnat, *Concubinatus*, qualis apud *Romanos* fuerat, aut *matrimonium*, quod ad *morganaticam*, *zur Pincken* / dici solet, tales enim similesve *minus solennes conjunctiones*, utut *effectibus juris civilis* careant, *naturaliter* tamen proveris & essentialibus matrimoniis debent haberi. m)

i) Bæclero, Zieglero, Feldeno, *utut eandem defendat* D. Simon *ad Guil. Grot. c. 9. §. 5.*

k) *illa §. 1. i. de Patr. pot. hæc, l. 1. de rit. Nupt.*

l) *de his omnibus prolixè egit* Velthufius. *add. Pufend. VI, 1. 4. & §. Selden. V, 5.*

m) *Conf. Grot. b. n. 15. & II, 7, 8. Pagan. Gaudent. de Morib. sec. Just. l. 21. Strauch. ad Reg. Jur. Diff. 3. §. 13. C. I. A. tit. de Concubin. n. 2. Bæcler. ad II. Grot. p. 171. Pufendorf. VI, 1. 36. Horn. Pol. I, 2, 1.*

VI. *Super Polygamia, Simultanea*, n) & quidem *virili* o) olim & hodie multa sunt disputata p) ego disceptationis usum nullum vidéo, quanquam enim, quod aliqui omnino *negant*, facile concedere possimus, eam *juri naturali*, si

proprie loquamur, *prohibitam non esse*: q) certum tamen est, *monogamiam*, quam *perfectiorem* sanæque *rationi conveni-
tiores*, & propterea ab hac etiam *suaderi* omnes afferunt, *jure divino voluntario*, eoque non *particulari* quodam, unicis *Judæis* lato, sed *universali*. omnes ligante, r) *præceptam* esse, atque ita in *perfectum debitum* abiisse, circa quod *Deo* quidem, verum *Soli*, facultas *dispensandi* aut remittendi competat: hoc sicut *Veteri Testamento* certis rationibus factum est, polygamia indulta, ita postquam *Novo*, *Salvator* *licentiam* istam iterum *abstulit*, & ad *primum legis vigorem*, eique congruentes mores, *homines remisit*, nescio an *summis potestatibus* ea de re, quid sibi liceat, amplius *consultandi* potestas sit relicta: quin potius, ne uni uxori alias superinducant, *Lege divina* nunc æque eos impediri, sicut illi, queis *obsequii gloria* relicta est, *legibus humanis moribusq;* saniorum populorum, gravissimis pœnis statutis, prohibentur, omnino censeo. Eâdem definitione altera etiam quæstio de *licentia divoriorum* s) potest expediri.

n) de *successiva*, sive secundis nuptiis, utut *Patres aliqui dissen-
sunt*, nullum amplius dubium est.

o) nam ut una *scœmina pluribus viris simul nubat*, *juri naturali* repugnare, expeditum est. Vid. Pufend. VI, I, 15. quem sequitur *Textor. c. 3, n. 28.*

p) *Eam non prohibitam*, *indistincte docuerunt* *Rabbini*, & *peculiari dialogo probare voluit* *Ochinus*, quorum *argumenta nuper excoluit* *Lyserus*, edito, sub nomine *Theophili Alethei ac Aletheophili*, repetitis vicibus, *Discursu politico*, de polygamia *Sed sicut Ochinum pridem confutavit* *Theodorus Beza*, ita *Lyserus varios quoq;* *nactus est censes*; *Jo. Musæum*, *Brunsmannum & Diecmannum*, qui *singulares ei libellos opposuerunt*. Præterea ex *Suecia* produit, pro polygamia, *Sincericus* *insdam W arenbergii*, *Epistola*, quem eundem *Lyserum esse* ferunt, hanc impugnavit *Balthasar Menzerus* *Nostras*, libello *germanico*,

germanico, & Frid. Gefenius, *Dissertatione. quâ Christiani Vigilis nomen sibi apposuit. Successit haud ita pridem opusculû, Betrachtung vom H. Ehestand / Ehebruch / Ehescheidung und viel Weibernehmung / sub nomine Daphnai Arcuarii, qui argumentis maxime speciosis, & eruditioribus cateris usus est, sive ea, quae ex sacris literis, sive quae naturali jure, aut Romanis legibus desumpta sunt, respicias, ut satis appareat, plures manuum operi admovisse, cuius collector em, utut Daphnidis Laurus. forte tegere potuisset, Arcus sâmen dimissus, cognomen, nisi fallor, apertum fecit. Huic, quantum scio, nondum est responsum, nisi quod Sluterus sua vindicaverit, alias necessum puto, ut, qui eam operam suscipere velut, paribus subsidiis profusus sit instructus. Novissime Athanas. Vincentius rem omnem conficere voluit, edita Polygamia Triumphatrice, notas in Theophilum complexa, nibitâmen neutiquam vicisse, sed Ipse, quod aliis imputat, triumphum ante victoriam cecinisse videtur. Alias plures sunt, qui de polygamia aut monogamia, iustos Commentarios ediderunt, ex *Græcis*, Didacus Garzia de Transmiera, Valledolitanus, & Gerhardus Feltmannus, ex *Theologis* Sluterus & Siricius possunt nominari.*

Q) de quo in utramque partem statuerunt, non solum *scholastici Veteres*, quorum nomina recenset Thom. Sanchezius *L. VII. de Matrim. D. 80. n. 5. seqq.* sed hodie quoq; omnium fere *Orulum Vtriusq; Eruditissimi*: sufficiat ex iis, qui nostra sequuntur, allegasse, nobiscum afferentes, *Theologos*; Hulsemannum *Brev. c. de coning. sb. 8. Oliandrum ad Gr. b. obs. 3. p. 748. Græcos*: Strauchium *Diff. Just. II, 4. Struvium Exerc. XXIX, §2. ex Politicis*; Clafenium *I, 2. I. Ex adverso negantes, Theologos*: Gerhardum *de Conj. n. 215. Calovium ad Lev. c. 18. Græcos*. Ziegler. & Feldenum & *ad Grotium, ex Politicis*; Bœcl. *Instit. Pol. I, 2. p. 23. Et ad Gr. p. 157. argumenta utrinque usurpari solita, attulit Puf. VI, 1, 17. seqq. add. Seldenus V, 6. Arnicaeus de Jur. Connub. c. 4. s. 2. §. 31. 32.*

[] dari tale jus, ac illud huc pertinere, professâ opera aliquando ostendam. videntur interea huc collimare, qui jus morale positivum statuunt, quanquam ego sic loqui non magis velim, quam jus naturæ aliquid secundarium, cum aliis comminisci.

s) de qua prolucius Velthufius, ac Buxtorfius *singulari Dissertatione*, Seldenus *V, 7. Pufend. VI, 1, 20.*

VII. Ut justum sit matrimonium naturali non minus quam

quam *divino*, ac *humano positivo jure*, præter contrahentium voluntatem, etiam *parentum*, aut qui parentum loco sunt, *Consensus* requiritur; x) qui si omittatur, *legibus & statutis* populorum varie disponitur; y) ita, ut interdum actus plane *irritus* sit, vel *rescindatur*, interdum contrahentes solum *punitantur*. *Jure natura* mero tale matrimonium *vacuum* est; x) quia ista omisio *vetat* quidem, non *sollit* autem *facultatem* *moralem* *agentis*: quod contingit, si vel cum ea quæ jam *alteri nupta*, contrahitur, y) aut conjunctiones in *gradibus*, *jure natura* *prohibitæ* sunt: quales d. r. i. saus certum est, licet quo *fundamento* z) eorum turpitudine nitatur, aut *quinam* *speciatim* illi sint, a) non tam expeditum est: nam quod *Leuitici decimo octavo* instituta recensio, secundum *omnes partes* tali æstimatione possit debeatve haberi, cordatiorum plurimi concedere nondum voluerunt.

t) quod ostendunt Bichel p. 1. §. 37. 38. & p. 11. §. 18. Gerhard de Conj. n. 62. seqq. Carpzov. 1. Consiß II, 3, 39 & singulari libello, Andreas Fulvius.

u) de quibus, vid. C. I. A. sit. de R. N. th. 10. fm. Carpzov. IV, 20, 13. Strauch. ad Reg. Jur. D. 3. th. 30.

x) Vid. Grot. h. n. 10 & 16. Pufend. Elem. I, 13, 20. & Op. Maj. VI, 2, 14. add. Grot. de offic. sum. pot. circ. sacr. c. 5. n. 11.

y) Grot. h. n. 11. Pufend. VI, 1, 27.

z) proluxa de eo agit Pufend. VI, 1, 2 R. seqq. Selden. V, 8. seqq. *varias opiniones* refert. Grot. h. n. 11. ego *novissimam* de qua adhuc *disquirendum* putavit, *probo*; sicut enim in naturalibus dantur *principia prima* indemonstrabilia à priori, qua *suapte sponte* in sensus incurrunz. Ita in moralibus quorundam dantur, quorum *veritas absq. ulla* *ratiocinatione* intellegitur, et confirmato se insinuat, tale est hoc, à nuptiis parentum ac liberorum esse abstinendum. Hinc pudor naturalis, oritur, ad quem alii anice confugiunt de quo *præclare* *differuit* Velthufius, & ex eo Puf. *quamvis* *animi* VI, 1, 28. *quodammodo* *differire* *videatur*, propterea etiam Jo. Muzio *Diss. de Conjug.* § 106. notatus, mox tamen n. 32. & *Spec. Controv.* c. 4. §. 2. *diserte* *consentis* add. Bœcl. p. 168. Ziegl. p. 267.

a) *Conf. h.* Grot. n. 13. 14. Puf. VI, 1, 33. seqq. *Textor* c. 3. n. 44. seqq. & *qua subinde* in *argumentis* *peculiaribus*, *edita* *sunt* *scripta* *contraria*, v. g. *de duenda* *defunctæ* *uxoris* *sorore*, *inser* Bucholzium, Havemannum & *Taborum*, *quæque* *super* *eadem* *quæstione* *præterlapso* *anno* *ventilata* *ac* *agitata* *sumt*, *novissimè* *vero* *publice* *extant*, Acta Ottingenæ.

VIII. Dantur præterea *Consociationes* alix plures, tam *privatæ* quam *publicæ*. Inter has, quædam fiunt per homines aut familias singulas in *populum* unum, cui *civitatis* nomen deinceps tribuitur: aliquæ *ex populis* pluribus, sive *per se*, sive *per capita* sua, unde vel *synæcismata*, vel *nudum fœdus* oritur. Habent autem omnes, hoc

hoc commune, quod regantur *jure majoris partis*, idque à natura est, ut recte Grotius, b) non demum ab *instituto civili*, c) quo *pacta* quidem aut *leges moresve* nituntur, quibus *modus* hujus juris circumscribitur ac determinatur; iis vero deficientibus, iterum *naturaliter* valent, quæ tum super *exercitio* illius, in *ferendis sententiis*, tum super *ordine sociorum*, ipso, Grotius d) tradidit. Id saltem inter est, quod in *corpore fœderato*, vis hujus juris omnis à *nuda conventionne* dependeat, eoque non sufficiat, ut dissentientes alij nolentes volentes possint *cogi*; in *civitate* vero accedat *imperium civile*, quod *ius summum* det *corpori in partes*, e) tam *persona*, quam *honorum* suorum ratione, ut *inviti* etiam voluntate majoris partis, quam *civiliter* loquendo, in quacunque civitatis specie *Imperantes* constituunt, f) ubique obstringantur; quanquam, nisi ita *convenerit*, non eo se extendat, ut non civibus, extra *necessitatis* casum, de *civitate abscedere*, si commodum ipsis fuerit, *sigillatim* liceat g)

[b *h. n. 17. & Apologat. c. 8. item de offic. sum pot. circ. sac. c. 6. n. 4. prolixè* Strauch, *Diss. Inv. Publ. VII. 1.*

c) quod Hobbesio VI, 20. *videtur*, & Pufendorfio VII, 5, 20.

d) *h. n. 18. 19. 20. 21. 22. add. Pufend. VII, 2, 17. 18. 19.*

e) Grot. *h. n. 13.*

f) *Vid. Bœcler, Diss. de Calculo Minervæ p. 303. & ad Gr. p. 173.*

g) Grot. *h. num. 24. Variè hic dissentiunt, aliter Pufend. VIII, 11, 4. aliter Osiander. p. 788. Veriq; respondobimus.*

IX. *Subjèctio ex consensu*, aut privata est, aut publica, ex *privata*, nobilissima est *arrogatio*, unde *jus patrie potestatis civilis* nascitur. Ignobilissima, *servitus*, in quam quis se alteri sponte addicit, vel *perfecta*, h) ut *ipse* non minus, ac ex eo *nati*, i) alterius *dominio* sint obnoxii, quod tamen, si *naturaliter* consideretur, *jus vite & necis* non continet: k) vel *imperfecta*, cujus varii sunt *gradus*. l) *publica* fit, quando populus aliquis se alterius Regis, vel populi imperio, de *ditione* absoluta, subjicit, m) Ex *delicto* vero *subjèctio* contingit, in *servitute pœnalis*. n)

h) Grot. *h. n. 27. de Hebræis Selden VI, 7. de Gallis, Cæsar de B. G. VI, 13.*

i) Grot. *n. 29. add. Seld. VI, 8. Pufend. VI, 3. 9.*

k) Grot. *n. 28. ibique Bœclerus & Feldeus, Dissentiunt Zieglerus, & Osiander, item Hornius I, 3, 5.*

l) *de quibus* Grot. *n. 30. ac ibi Bœclerus. addantur, qui de servis, hominibus propriis & famulis, scripserunt, Bonacossa, Erhardus, Hufanus, à Tabore editi, & Laurentius Pignorius.*

m) *de qua* Grot. *o. 3, 1. & I, 3, 8, 12.*

n) Grot. *n. 32.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO V.

Respondente

J. C. FABRICIO.

I.

A *Cquisitione derivata* nostrum aliquid fit per alienationem, quæ perficitur immediate, vel factò hominis, vel legis. Illo, quatenus qui vere dominus est, dominium vel totum vel ejus partem in alium transfert, fitque hoc iterum dispositione quadam, vel inter vivos: vel in mortis eventum. At priorem alienandi modum, ex parte dantis, voluntas dandi, ex parte ejus cui datur, voluntas accipiendi, utrinque per signum extrinsecum cum effectu declarata, requiritur. a) his vero, ad lites domini causa prævertendas, per leges civiles variorum populorum, alia subinde adduntur, alienationi in Republica valituræ necessaria, b) de traditione, an naturaliter c) quoque eâ opus sit, valde dissentiunt; d) sed affirmativa sententia mihi verior videtur, non solum ad possessionem, verum ipsum quoque dominium, & quidem quoad actum primum etiam consideratum, vere consequendum, traditionem aliquam vel actum æquipollentem, pertinere, ita, ut si non semper realis ac presens, saltim symbolica, aut præterita, requiratur, neque alio per naturam discriminari posse obligationem ad alienandum, ab alienatione ipsa censeo.

a) Conf. l. 55. d. O. & A. l. 36. de A. R. D. l. 31. eod. Hobbes. 11, 5.

Pufendorf. IV, 9, 2. 3.

b) qualium meminit Grot. n. 1. 2. de jure Hebræorum vid. Seld. VI, 5. de aliorum populorum legibus moribusq. Feltmann. de Jur. in re & ad rem. c. 13. n. 34. (eqq. Carpz. 11, 38. 35. & Decis. 61.

c) nam de jure civili, tam Romanorum, propter l. 3. de O. & A. l. 20. C. de pact. §. 3. j. de emt. vend. quam aliorum populorum, ex annotatis Feltmanno d. c. 14. §. 27. (eqq. res clara est.

d) *negant enim* Grot. *b. n. 1. § 11, 2, 25, 11, 11.* Boëclerus p. 205. ac Zieglerus p. 293. Hahnus *ad Weltenb. t. de A. R. D. n. 11.* Reuter *de alienat. p. 1. c. 2. § 5. n. 6.* Martini *Aquil. Triumph. c. 1. §. 4. add. proluxe* Pufendorf, *IV, 9, 4. seqq. 7.* asserunt autem Feldenus p. 194. Hottomannus *qq? Illustr. 11.* Faber. 19. *Conj. 3.* Wilenbach. *de Mutuo Diss. 1. th. 4.* Vinnius *ad §. 40. j. de R. D. late* Feltmannus *d. l. ubi ad exempla Grotii ex jure civili adducta respondet, qui tamen alibi sibi ipsi videtur repugnare. Conf. 11, 11. 4. 11, 15. 13. § 11, 12, 15. ubi alienationem ipsam à promissione alienationis ita fecerunt, ut illa facultatem moralem in rem tribuat, hæc non.*

II. Objectum alienationis non tantum sunt *res*, in privato dominio existentes, sed ipsa quoque *imperia*, eorumque partes, quæ ab eo transferri in alium possunt, cujus in dominio vere sunt. Hinc si, se positus *legibus aut moribus* populorum, quibus alias hic locus totus fere regitur, quid *naturalis juris* sit, respiciamus, sequetur, regnum *patrimoniale* jus alienandi, vel *directe* ac plane, per *venditionem*, vel *indirecte*: aut minus plene, quod fit per *inféudationem* sub onere commissi ex feloniam aut deficiente familia; ac *oppignerationem*, competere *Soli Regi*: e contra non *patrimoniale*, *populo*, tanquam *causa efficienti* alienationis, adhibito tamen *Regis Consensu*, e) qui instar *conditionis sine qua non* se heic habeat, si *fontem juris* attendamus, quanquam *actus publici auspiciis*, in tali quoque regno, à Regis *nominis* peti, frequentius sit. Quod si heic *pars populi*, aut in eam *imperii*, alienanda sit, præter reliqui corporis, ipsius quoque *partis*, de qua alienanda agitur, *consensus* necessarius est, sine quo alias inutilis foret alienatio: f) quanquam *parti à Corpore*, etiam sine *consensu corporis*, abscedere *jus* competat, in casu *extrema necessitatis*, quando aliter se servare non potest. g) Secus est, circa alienationem *imperii in locum*, sive *partem territorii* non habitam.

bitatam vel desertam, in qua majoribus votis locus est. h] sicut etiam *minores functiones civiles*, quo minus jure hæreditario concedere possit populus, nihil obstat. i)

e) Grotius *h. n. 3. 9. suppl. l. 3, 11. 12. l. 4, 10. 11, 3, 4. III, 20. 5. & add. Bœclerus & Pufendorf. V III, 5. 9. 10. Textor Synopf. Jur. G. c. 30. n. 18. ¶ Cui plurimi heic maxime rem confundunt, quorum nomina ap. Ziegler. ad. 1. Grot. p. 139. sed distinctione Grotiana omne litigium egregie posse componi, idem observas. Dissentit frustra D. Osiander. pag. 805. cujus rationes distinctione inter imperium ipsum & modum habendi facile duntur.*

f) Grotius *h. n. 4. & n. 6. rationes differentia, cur majus sit jus parvis ad se tuendam, quam corporis in partem, explicat. add. Pufend. d. l. Nonnulli hic à Grotio dissentiant, ut diversis propositis, ita etiam argumentis; aliter enim Conringius de Finib. c. XIX. p. 265. ac Bœclerus p. 211. aliter Osiander. p. 306. & Zieglerus p. 295. aliter Textor c. 30. n. 24. seqq. qui tametsi n. 33. deniq. ad Grotium transire videtur; fundamentum, cui vis omnium rationum innuitur, distinctione jam laudata potest submoveri, deinde male applicatur. ea collectio, si licet toti populo alienare totum imperium, licebit eidem quoq. partem alienare, nam si pars alienanda dissentiat, non est totus populus, quod enim pars major habeat jus integri, valet in iis solum, qua ad ipsum imperium pertinent, non qua ad modum habendi, cuius respectu neutra pars populi in aliam quicquam imperii habet, sed singula consentur manifeste in statu naturali, quia ergo facultas alienandi hoc casu toti populo competit, qua toti, collectivè & indivisibiliter, quatenus qualibet pars numerum causarum constituentium ingreditur, inanis erit ejusmodi siliaria alienatio, propter defectum essentialis requisiti, quale est consensus eorum, qui jus consentiendi habent. Sed ad singula ipso disputationis actu respondebimus.*

g) Grot. *h. n. 5.*

h) Grot. *n. 7. imperium enim parti populi inest subjective, ergo consensus ejus requiritur: sed in territorio est solum objecti-*

ve, ubi co. j. enjus adesse nequit. neque hac confundit Grotius,
quod existimavit D. Textor d. c. 30. n. 40.

i) Grot. num. 10. quales l. 18. de munerib. habentur.

III. Sed nec *bona corona* seu *patrimonium populi*, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda Reipublicæ, seu regis dignitatis onera, *alienare*, sive in totum, sive in partem, Regi licet, utut *partes aliquas*, casu, à Grotio notato, *pignori opponere possit.* k)

k) Grot. n. 11. 12. 13. *distinctius* Pufendorf. VII, 5, 8. *quanquam* *heic sterum aliqua desideret* Textor num. 47. *add. Ejusd. Diff. de Bonis Corona.*

IV. In *mortis eventum*, alienatio fieri solet, per *Testamenta*, quæ *naturaliter*, præter *declarationem voluntatis*, quem *velim successorem*, nihil desiderant. l) ea, utut *legibus positivis specialem passim formam* acceperint, *originem tamen naturali juri omnino*, debent. m)

l) *vix ergo opus difficultatibus.* V. Pufendorf. IV, 10, 2, 3.

m) Grot. n. 14. *ibiq.* Bœclerus *add.* Schneidvv. *ad t. 1. de ord. test. n. 12. seqq. Dubia quadam movet.* Pufendorf. IV, 10, 5. *seqq. ac* Textor c. 8. num. 43.

I.

Ad Lib. II.
Cap. VII.

Lege quæ sit *acquisitio derivativa* sive alienatio, fit aut *Lege natura*, aut *lege gentium voluntaria*, aut *lege civili*. De posteriori, agit jurisprudentia particularis, heic saltem observandum, ne tales positivæ leges justitiæ adversæ ferantur, quod in illis populis, qui *naufragorum bona* fisco, vel habitantibus littus addixerunt, factum est, quale jus tamen nunc apud moratiores fere ubique abolicum reperitur. a) *Lege autem natura*, dupliciter alienatio contingit, primum *expletione* juris quatenus quod meum est, si consequi *ipsum* nequeo, ad *tantundem* accipiendum mihi *facultas subsidaria* competit. b) deinde *successione ab intestato*, quæ nihil aliud est, quam tacitum testamentum

ex.

ex voluntatis conjectura, secundum regulas æquitatis honestatisque elicita, ac jure natura confirmata, c) cui deinde leges civiles determinatius accedunt.

a) Grot. h. n. 1. Strauch. de imp. Marc. c. 8. n. ult. Gail. 1. Obs. 18.

b) Grot. num. 2. supplet. III, 3, 6. III, 13, 4. exempla III, 2. 2. scq. III, 7, 6.

c) Grot. n. 3. Pufendorf. IV, 11, 1. 2. Textor c. 8. n. 39. male ergo hei: opponuntur, qua subordinari debent, conjectura voluntatis & jus naturæ, ab Osiandro p. 819. & Feldeno. pag. 204. quibus, ni fallor, satisfieri potest ex iis, qua Bæclerus annotavit.

II. Cum enim dominio hoc insit, ut quisque bona sua, in quemcunque velit, possit transferre, & vero, qui absq; voluntatis suæ testatione mortuus est, non præsumatur relictas opes cuivis occupanti voluisse exponere, sequebatur, ut ejus esse bona intelligerentur, cujus ea esse vóluisse defunctum maxime erat probabile. In dubio autem præsumitur quemque id voluisse, quod & debito suo, ac officio quam maxime convenit. Hinc cum naturaliter alimenta liberis suis debeant parentes, cui obligationi tanto promptius exequendæ, vehementissimas etiam affectus succurrit, quo liberis, tanquam corporis sui partibus, non tantum de necessariis, sed & de his, quæ ad vitam suavius honestiusque transigendam pertinent, quam uberrime illi cupiunt prospectum, ab eo maxime tempore quo ipsi rebus suis frui non possunt, prima bonorum successio liberis deferretur, d) citra distinctionem legitimorum, naturalium, incestuosorum: ut & primi aut ulterioris gradus, unde etiam jus representationis æquitati naturali convenit, e) utur hæc omnia civilibus legibus quandoque impediuntur, aut saltem certis limitibus circumscribantur, atque hæc valent, quamdiu non contraria voluntatis indicia extant, qualia sunt,

sunt, si pater filium vel *ex heredaverit*, vel pro suo *filio agnoscere* cum nolit. f)

d) Grot. n. 4. Pufendorf. *IV*, 11, 3. *Conf. l. 7. de bon. damnat. Nov. 1. pref. §, 2.*

e) Grot. n. 6. Pufend. *IV*, 11, 12. Bœcler. p. 200. *seqq.*

f) Grot. n. 7. 8. Pufend. *IV*, 11, 10, 11.

III. Deficientibus liberis, successionem ad *parentes* pertinere, rationis est, partim ob *debitum*, quo vicissim parentibus ad alimenta obstringuntur liberi, ut hoc non sit adeo ordinarium, g) partim ob *officium*, quo parentum *beneficia* tum alia plura, tum hoc etiam, quod plerumque bona ista ab eis profecta sint, *gratia* rependere convenit. h) Si nec parentes supersunt, æquum est, ut successio deferatur ei qui *defuncto carissimus* fuisse creditur, is autem, si, ut par est, affectum hunc ex communi sanorum hominum inclinatione metiamur, ille est, qui *consanguinitatis* gradu eundem *proxime* attingit, ita tamen, ut simul respiciatur, ex quo velut *fonte* bona ista in defunctum fuerint devoluta, unde in bonis *avitis* regula, *paterna paternis, materna maternis*, valet, in *noviter* *quisitis*, prout quisque *propior* est *sanguine*, ita remotiorem excludit, ad quem præter ista, paterna quoque *avita* que bona indistincte transferuntur, si nec ipsi à quibus venerunt, nec eorum liberi existant, ita ut *gratiæ* relatio locum non inveniat. i) Ex his adparet, quæ *jure Romano* super ordine successionis descendentium, adscendentium & collateralium, constituta sunt, *aquitati naturali* satis convenire. Quamquam hæc ipsa talis non sit, ut *jure natura* etiam *præcepta* censeatur, nam *voluntate legislatoris, moribus* aut *patris* quin variari possint, nullum est dubium. k)

g) *Conf. l. 7. si cabb. seft. null. ext. 11. Corinth. XII, 14. & Gal. IV,*

h) Pufend. *IV*, 11, 13.

i) Grot.

i) Grot. n. 9. 10 Dissentit hic iterum Feldenus p. 270. quod, si ex affectu voluntas sit conicienda, sequeretur, amicos defuncti preferendos consanguineis. Sed n. illi potest, ex his qua Bœclerusp. 266. seqq. & Pufendorf. IV, II, 15, 16. annotarunt
 k) Grot. n. II. Pufend. IV, II, 18.

IV. Quæ hæctenus ex æquitate naturali diximus, postis terminis habilibus, ad *successionem in Regnis* etiam accommodare licet. Sepositis *moribus*, ac extraordinariis *arbitraria constitutionis* modis, qui magna diversitate introduci possunt: l) *jure ordinario*, successio alia *hereditaria* est, alia *linealis*. Circa priorem, in regnis *patrimonialibus*, omnia ab arbitrio *Regis* unice, pendent, qui vel *dividere regnum*, vel *non dividere*, eoque non solum *mares*, sed & *faminas*, liberosque tum *naturales*, tum *adoptivos* admittere potest: in *non-patrimonialibus* idem voluntati *populi* tribuitur; quæ si utrinque *expressa* est, ita jus facit: fecus, ad *conjecturas voluntatis* est confugiendum, quæ in *patrimonialibus* ea censetur esse, ut regnum vel *dividatur* æqualiter, vel, si dictum, ne *dividatur*, nec tamen cui cedere debeat, *expressum* sit *prærogativa sexus* primum, *masculi præfaminet*, deinde *ætatis*, *majoris* ante *minorem*, attendatur, unde ut quisque *natus est maximus*, mas aut *fœmina*, sic *jure primogenitura*, regnum habebit, cæteris *astimatione* quadam, sive *apennagio* tributo. m) In *non-patrimonialibus*, *præsumtio* fundamentalis est, ut *individuum sit regnum*, quia creditur ita *Regi* concessum, ut in *eadem statu* maneat. Sequetur hinc, *successionis capaces* esse, non nisi *primi Regis descendentes*, *matrimonio legitimo* nati, salva *sexus* iterum, ac *ætatis* *prærogativa* inter *capaces*. n) Et hoc casu, regnum *pars est hereditatis*, sed *privilegiata*, seu ab aliorum bonorum *hereditate* *sejuncta*. o) *successio vero linealis*, in quo *jus transmissionis* futuram

ram successionem, quasi delatam, obtinet, ita ut hoc jus, in posteros ex primo rege venientes necessario, sed certo ordine transeat, alia est Cognatica seu Castiliana, in qua post mares etiam fœmina, lineâ qualibet, admittuntur: alia agnatica s. Francica, ubi fœmina eorumque descendentes in perpetuum excluduntur. p)

- l) *exempla ap.* Grot. n. 24. Pufend. VII, 7, 14. Horn. Pol. II, 9, 18.
 m) Grot. n. 12, 13. Hobbes. IX, 15 seqq. Pufend. VII, 7, 11. De Juris primogenituræ fundamentis. Bœcler. pag. 313. seqq. Hornius II, 9, 8. De Appennagio vid. Springsfeldius ac Mylerus & Betsius opere de pactis fam. III.
 n) Grot. n. 14, 15, 16, 17, 18. Bœclerus *illuc.* Pufend. VII, 7, 12, 13.
 o) Grot. *num.* 19.
 p) Grot. n. 22, 23. Pufendorf. VII, 7, 13.

V. Ex his facile definiti possunt, quæ super exheredatione in regnis ac abdicatione, pro se & liberis suis, disputantur. Utrumque pater potest, in regno patrimoniali, sed si vult, ut expresse q) agat, necessum est: non potest, in non patrimoniali, aut ubi successio linealis obtinet.

- q) *neq̄ enim datur* exheredatio tacita; estq̄ hoc, non solum juris civilis per Nov. 115. c. 3. sed & naturalis. Cui exheredatio quodammodo adversatur, dum est contra commune votum parentum, ergo non præsumitur, sed exprimi debet: L. 88. §. II. de leg. 2. & l. 31. §. 2. de adim. leg. quas pro se adducit Grotius, loquuntur de ademptione tacitâ Legatorum, à quâ ad exheredationem N. V. C. legatum enim est mera donatio: sed hereditas liberis debita. l. 7. de bon. damn. l. II. de postum.

VI. In regnis, quæ non sunt patrimonialia, si super successione lis sit, nec Rex, nec populus, iudex proprie loquendo erit, nec alius quam per arbitros exitus naturaliter esse potest, nisi voluntatis primæ vix interpretationem populo qui nunc est relinquere velimus. r)

- r) Grot. n. 27. Pufend. VII, 7, 15. omnino Bœclerus. p. 335. seqq.

VII. An *filius*, qui ante regnum natus, post nato; nepos ex filio priore, filio posteriori; & minor frater superstes Regis majoris fratris filio, præferendus sit, disputant. Ego sub distinctionibus Grotii recte definiri censeo, s) Quod de cæteris quoque casibus ab eo notatis dici potest. t]

s) Grot. n. 18. 19. 20. 21. add. Horn. II, 9, 16. Arnif. rel. Pol. l. 2. c. 2. f. 10. Engelbrecht. de Success. in Elector. §. 39. seqq. Lampad. III, 4.

t) n. 32. ad finem usq. capituli.

I.

Quæ lege gentium voluntaria, quatenus naturali juri opponitur, sit acquisitio, potissimum ea est, quæ jure belli contingit, quatenus quis in bello solenni sine fine modoque dominus sit eorum qui hosti eripit. Eaque ratione non solum in res hostiles dominium, sed in populum quoque imperium acquiritur, quod partitim Libri tertii capite sexto, per insequentia plura, explicat Grotius. Cæterum sunt & alii, qui à Ictis Romanis pro modis acquirendi juris gentium venditantur, & ad tria summa genera, occupationem nempe, accessionem & traditionem alias referuntur, in quibus, cum pleraque ad ipsum jus natura, cætera ad jus civile plurium gentium distributum pertineant, Censorem hic egit Grotius, non ut iniquitatis accusaret jus Romanum, quod homines aliqui, queis credo ille nunquam lectus vel intellectus est, credant, sed ut specimen daret, quemadmodum civilia instituta à naturalibus debeant discerni, quod tamen Interpretes plerique Nostri parum attendant. Ego existimo, non esse cur turbas excitemus, sed sicut vulgaris Doctorum schola, quæ res atq. voces heic mira confusione perturbavit, censuram jure utique meruit, ita cætera posse Philosophiam Græci-

Ad Lib. II.
Cap. II X.

H

nam

nam etiam in hac parte cum principiis juris Romani, si quis ingenium attulerit, optime conciliari. a)

a) *Hic crabrones irritavit Grotius. hic iniquitas eius in jus Rom. declamatur: velle factum. Componemus dissidium quibusdam conclusionibus. Pro Jure Romano notandum I. in hoc acquisitionis argumento juris gentium vocem usurpare late, ut idem sit ac jus naturæ, quod diserte apparet ex §. 11. & 42. j. de R. D. l. 1. π. de A. R. D. ergo non adversatur Grotio; qui striete de jure gentium voluntario loquitur. II. Dicitur hos modos acquirendi juris naturalis, vel gentium, non secundum omnes circumstantias juris ad Remp. Rom. accommodati, sed ratione originis & fundamenti. Sic occupationis fundamentum: Quod nullius est & occupari potest, cedit occupanti, manet naturale, consentiente §. 12. j. de R. D. ut in thesauro. de quo Grot. n. 7. qui naturaliter solius inventoris, etiam per §. 40. 1. eod. fieret, ratione loci, ubi reperitur, ex determinatione juris civilis d. §. & l. un. C. de thes. quadam accesserunt, hoc tamen non obstat, quo minus, modi generaliter accepti, referantur ad jus gentium vel naturale. ita etiam, ut b. f. possessor fructus, quos precepit, suos faciat, est jure quidem Civili constitutum, quia alias impendia illa, que Grot. n. 23. concedit, ut pote incerta estimationis, in immensum à possessore possent extendi, hoc ne fieret, proposito minuendarum litium, ista determinatio facta est, maxime secundum jus naturæ. III. Quando in his modis definitione juridica aliquid deciditur, non semper ad subtilitatem disputandi philosophicam, quam Grot. sectatur, sed ad usum vitæ & judiciorum civilem, respicitur, in quo leges generales ferri debent juxta id quod plerumq; fit l. 3. seqq. de L. L. ad l. 51. §. 2. ad L. Aquil. Grot. 11, 12, 12. hinc defenditur, quod n. 18. impugnatur, de foetura animalium; est utiq; principium naturale, quod ex rovea nascitur: meum est; subtilitate juris sequetur, ergo partus inter dominium patris & matris communis est, ut Grot. vult, at determinat jus Romanum, partus sequitur ventrem, ex ratione civili, quia plerumq; pater incertus, mater plerumq;, imo semper, certa. Quod si & pater certus est, nascitur exceptio, & debetur dominio patris aliquod pro imprægnatione, sed id regulam non infringit, ita & ;*

feras

feras nostras esse desinere cum ex custodia in libertatem naturalem se recuperunt, ajunt? Cui. Grotius n. 3. regerit, non per se amitti dominium, sed ex probabili conjectura derelictionis qua ex difficili persecutione praesumatur, ita & jus nostrum sentit §. 32. j. de R. D. l. 5. pr. de A. R. D. quod univ. versalem constitutionem hinc fecit, cum plerumq; hoc adsit. Ergo si hac conjectura aliis conjecturis elidi potest, iterum exceptio oritur, videndum tamen semper, ut praesumptiones voluntatis ita explicentur, ne absurdum sequatur, id autem ferret, si quis ex additis crepundis indistincte voluntatem retinendi dominii vellet conicere. Conf. l. 44. de A. R. D. Deniq; IV. qua in accessionibus traduntur, ad ordinem qui in judiciis observetur, pertinent, non quasi is, ex cujus materia species est facta, aut cujus solo in adificatum, simpliciter acquirat jus internum & plenum in rem tota, alter vero jus & aequalitatem partis amittat. Concedimus enim Grotio n. 19. 22. fieri rem communem. Sed quid si communio displiceat? Sane illi res erit adjudicanda, cujus jus potius, neq; enim solum quid absolute, sed & quid comparative justum sit, jus nostrum docet, exemplo l. 31. de pos. ergo huc questio redit, cujus res principalis, cujus accessoria sit, ut ille rem totam habet, sed tenetur huic pretium solvere, sicut generalis praecipio in l. 23. §. 4. de R. V. extat, repetiturq; exemplis in adificatione §. 31. 7. de R. D. satione, §. 33. scriptura. §. 34. pictura §. 35. cod. Illud quoq; ut quem incommoda, cum & commoda sequantur, naturale est, non solum quando ex re nostra, ut putat Grot. n. 16. sed & ubi propter aut circa eam ista contingunt. docent hoc alia juris nostri loca, quibus ea regula applicatur, utpote in tutela legitima §. un. j. de leg. patr. int. ubi commodum ex hereditate, incommodum ex tutela. Item in periculo rei venditae. vid. §. 3. j. de emt. vend. Quod m. f. alienam materiam attrahans, speciem perdat, de quo Grot. n. 20. utiq; non poenale, sed naturale est, non enim propter dolum aliquem & circumveniendi voluntatem amittit, sed quod sciens volensq; faciat, ex quo donationis praesumptio atq; ita amissio ista sequitur. Conf. l. 53. de R. I. sed specialiora Disputationis actui reservamus. Vid. interea Pufend. IV, 6. & 7. Textorc. 8.

Non solum acquiri & transferri in alium, sed & desinere ac interire, dominia æq; ac Imperia variis modis

Ad Lib. II
Cap. IX.

possunt. Præcisa lege civili, sit hoc vel voluntaria *dere-*
lictione, vel necessaria cessatione, *sublato subiecto*, cui illa
 insunt, utpote *persona* una, aut *familia*, aut integro popu-
 lo. Ut ut enim tam facile hoc posterius non contingat,
 unde etiam *populus seu civitas immortalis* esse dicitur. a)
 accidere tamen *dupliciter* potest, primum interitu ma-
 teriæ, sive *corporis*, sublati nempe *simul* ejus *partibus neces-*
sariis, vel sublata *corporis ratione*: deinde interitu formæ
 seu *speciei*, sublata aut *omni* aut *perfecta* *juris communitate*,
 quæ vinculo imperandi & parendi cum summo imperio
 constat; secus est, si vel *loco* solum *migraverit*, aut *regi-*
men quoad formam accidentalem *populus mutaverit*.
 Quod si *divisio* sit populi, ex uno imperio duo resultant.
 Sin duo *uniantur*, indistincte *non amitti ab uno jura*, dici
 nequit, c) nam quæ de *unione populi Romani* cum civi-
 tate *Germanorum* subjunguntur, in gratiam Gallorum
 scripta videntur, satis enim luculenterque demonstra-
 rum puto, auspiciis primum *Caroli* atque iterum *Otto-*
nis, Magni, conjunctionem Imperii Romani cum Ger-
 manis, non sane *concessione Pontificis*, nec *transactione* cum
 Imperatoribus Constantinopolitanis, sed *belli jure* ni-
 xam, ita factam esse, ut illud non amplius pro peculiari
 civitate, sed pro *parte accessoria Regni populiq. Germanicæ*
 omnino haberi debeat. d)

a) de quibus Grot. *h. cap. 9*, Textor. *c. 30*, Hobbes. *VII, 18*-
 Pufendorf. *II, 12*.

b) quo sensu V, Grot. *n. 3*, Pufend. *XII, 12, 7*, Gryph. *de Insul.*
c. 14, Alciat. *VI, parerg. 17*, Cujac. *Obs. 15-33*.

c) Vid. omnino Bœcler. *Diss. de eo quod Civ. eg. p. 34*, seqq.

d) Conf. qui ex proposito hoc argumentum tractarunt scriptores,
 Bœclero *Notis. I, 5*, notati: sed Grotii *n. 11*, præter Com-
 mentatores destinata opera consularunt Conring. *de Germ.*
Imp. R. c. 12, Limn. *T. 11. Add. I, 4, 24*, add. *Dissertatio*
nostra de Unitate Reip. in Sac. Rom. Imp. S. 10.

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO VI.

Respondente

JO. ANTHONIO CLOTZIO.

I.

UT eo plenior sit dominii vis, & minus sumtuosa rei semel acquisitæ custodia, præstat obligatio, quæ ex dominio, vel potius dominii causa, ex ipsa naturalis legis dispositione, adversum nos, per se nascitur. Eam utut Interpretes aliqui capere non possint, Iuri tamen naturali egregie convenire, sed nec ipsis etiam juris Romani principiis repugnare, certum est. a) Nascitur autem hæc aut è rebus extantibus, aut non extantibus. Cujus circa priores illa est efficacia, ut teneatur is qui rem nostram habet in sua potestate, efficere, quantum in se est, ut in nostram potestatem redeat. Circa posteriores ista, ut ille, qui ex re nostra factus est locupletior, quamdiu nos rem non habuimus, in tantum teneatur, in quantum factus est locupletior. Quibus regulis non solum Veteres Romani juris conditores, difficultates multas expediverunt, b) sed Grotius quoque plures alias gravissimas quaestiones, quæ non minus à Juris, quam Theologis; super bonæ fidei possessorum juribus, agitatae sunt, præclarissime definiit. c)

Ad Lib. II
Cap. X.

- a) Papulae Grotius à quibusdam Juris, quod obligationem ex dominio faciat, contra analogiam juris §. 1. j. de action. ac prima eius principia, quibus dominium & obligatio, tanquam opposita jura in re & ad rem differunt. Sed pro conciliando Grotio dici potest. I. non id enim velle, quasi synallagmate quadam & vera conventionione possessor ac rei dominus in vicem obligentur, quod supra I, 1, 8. diserte negavit. Nec II. de fundamento actionis civilis externo, sc. rei vindicatur enim gere, quæ ad relativum est inter dominum & possessorem,

in illo dominii, in hoc possessionis, qualitatem arguens. Sed III. de interno ac naturali illo vinculo, quo quis in ipsa conscientia, adversus nos, ad restitutionem rei aliena, obligatur, quæ obligatio non relativa, sed absoluta est, & efficax, etiam si dominus non agat. Fundamentum vero hujus obligationis, oritur, non ex fictitio illo contractu universali, quem Grotius n. 1. comminiscitur, & Pufendorfus IV, 13, 2. §. probat. Sed ex ipsa lege naturali, ejusq; præcepto, quod per dictamen rectæ rationis, suum cuique tribuendum, & , quod sibi quisque fieri vult, alteri faciendum, jubet. Quando autem in §. 1. j. de actione dicitur, talem possessorem nullo jure nobis obligatum, intelligendum est, de nudo jure conventionis aut malefici, intercedente factò aliquo hominis, producto, & ad regulas particularis justitiæ estimando: sed datur etiam obligatio, quæ circa ejusmodi factum, immediate ex lege oritur. vid. l. 52. pr. & §. 5. π. de Obl. & Act. Quin imo etiam jure civili, res nostra nobis deberi potest, licet non simpliciter, tamen secundum quid, & modo quodam, quatenus restitutio ejus nobis debetur. sic l. 82. de V. O. possum stipulari rei mea restitutionem; l. 28. fin. de Acq. vel Am. Poss. valide stipulamur rei nostra possessionem. Ceterum contentiunt hic cum Grotio, & Cui insignes, Jo. Gæddæus ad l. 12. de V. S. n. 4. Casp. Zieglerus ad Grot. Proleg. p. 19.

b) *exemplis demonstravit Grot. n. 2.*

c) *inde a n. 3. ad fin. capitis, quem secutus Pufend. IV, 13, 7. usq; 16. add. D. Simonis singularis super hoc Capite Grotii Dissertatio.*

I.

*Ad Lib. II.
Cap. XI.*

Quoniam bellum justum suscipitur ad reparationem non tantum ejus, quod nostrum est aut fuit, sed etiam quod nobis debetur, itaque, postquam de illo egimus, de hoc etiam videndum est. Debetur autem nobis aliquid vel jure naturali; eoque iterum vel ex pactis & conventionibus, a) vel maleficio seu damno per injuriam dato; vel debetur jure gentium voluntario. Primum ergo de pactis, quo-

quorum *vis*, si *absolute* ea consideremus, spectatur in *promissis nudis*, Circa hæc uti recte tres *gradus* fecit Grotius, *assertionem simplicem, pollicitationem, & perfectam promissionem*, ex quibus ista *nullam*, altera imperfectam, hæc *perfectam* ac efficacem produceret *obligationem*. d) ita immerito *Fanciscum Connanum*, J C tum Parisiensem summum, ac *Confiliarium* quondam *R egium*, supplicumque *libellorum Magistrum*, refutasse, e) mihi videtur, quippe qui ex pacto nudo *naturalem* obligationem oriri, nequaquam negat, sed de *civili* solum, respectu fori *Romani*, loquitur.

a) de quo *L. II. c. II. usq. c. 16.* b) de quo *c. 17.* c) de quo *c. 18. 19.*

d) n. 2. 3. 4. add. *Pufendorf. III, 5, 6. 7.*

e) fecit hoc n. 1. § 4. § Pufend. III, 5, 9 *seqq.* Sed confundit, nisi fallor, *Grotius* eam *propositionem*, ex promisso oritur obligatio naturalis, cum illa, obligatio, quæ ex promisso oritur, naturalis, non producit obligationem civilem, & hoc fundamentum habet naturale. Prior cum *Grotio, Connano* communis est, posterior illi propria, ac etiam vera; quanquam cur apud *Romanos* pacta nuda actionem non produxerint, vulgares *Dd.* mire sudent ut inquirere possint. Erudite *Grotius*, n. 4. quod illic animi deliberati certum signum erat determinatum, stipulatio, cujus instiuiti rationem præclare eruit, & cum aliorum populorum legibus contulit, *Doct.issimus J Ctus, Jo Schilterus* ad *π. Exerc. II. c. 2. 3.* Ego, in foro Romano ex simplici pacto affirmativo nullam fuisse datam actionem, non tam negative, quam privative intelligendum esse, censeo, quia scilicet, post tot constituta conventionum legitimarum genera, pacta nuda heic nulla fuerunt, vel qui concipiebantur, in negotiis non potuerunt ostendi, quin statim in speciem contractuum aliquam incidere, de his ergo frustra dedissent formulas actionis, in iudiciis observandas, nam nec hactenus verum pacti nudi, prout illi definiunt, exemplum, mihi potuisse demonstrari, constanter asseverabo.

II. *Requisita* perfectæ promissionis, ratione promittentis, tria sunt, quæ circa *formam, materiam & modum* declarandi

clarandi voluntatem versantur, ratione *promissarii*, unum, quod ad *acceptationem* pertinet. Forma in eo consistit, ut adsit *consensus* promittentis, ex intellectu & voluntate profectus, quare sequitur, quod *furiosi, amentis & insansis*, nulla sit promissio. Secus de *minoribus & fœminis*, qui *naturaliter* obligantur, utut *effectum* obligationis *leges Civiles* quandoque *circumscribans* aut *sollans*. f) sed, quoniam intellectui repugnat *error*, voluntati *metus*, de promissis, quæ ex errore fiunt, aut metu extorquentur, multa est disputatio. *Romanae leges* varie *distinguunt*. g) Si de eo quod *naturale* est loquamur, *paſſum errantis*, ipso jure invalidum est, si promissio fundata sit, in præsumptione quadam facti, quod non ita se habeat, si adfuerit quidem *error*, sed in quo fundata non fuerit promissio, ratus erit actus. h) Id autem *quod metu fit*, citra distinctionem hanc, efficaciter obligat, quanquam si promissarius metum intulerit non justum, teneatur ad liberandum promissorem; i) nisi sint *hostes*, quorum metus justus est, ut propterea heic *paſſa* metu extorta *jure gentium* subsistant. k)

f) *Grot. n. 5. Pufendorf. III, 6, 3.* quo usque extendatur infantia vid. *Dd. ad §. 9. 7. de inur. stip. C. I. A. L. 47. 1. 7. ib. 20. n. 7. Pufendorf, d. l. n. 5. de Minoribus* vid. *l. 101. de V. O. l. 3. C. de in integr. restit. Strauch. Exerc. Jus. V. 34. de Fœminis Dd. ad tit. 11. de C. Sto Vellei.*

g) *Conf. Vultej. Jurisp. R. l. 2. c. 4. n. 88. segg. Bicc. Aur. (ect. 5. ib. 33.*

h) *Grot. n. 6. & III, 23, 4. Pufend. III, 6, 6. 7.*

i) *Grot. n. 7. Pufendorf. III, 6, 10, 11, 12, 13. Hobbel. II, 16. add. l. 21. §. 5. quod mot. causf.*

k) *Conf. Grot. h. n. 7. & II, 17, 19. III, 19, 1. 4. II. 12. III, 23, 2.*

III. *Materiam* promissi quod attinet, eam oportet esse aut esse posse in *jure promittentis*. Quare non valent promissa facti *per se illiciti*, aut quod *causam* habet *naturaliter* *visis-*

vitiosam, in quo etiam, post crimen perpetratum, vitium manere, contra *Grotium*, cum *Pufendorfio* existimo: m)

l) *Grot.* n. 8. *Pufend.* III, 7, 6.

m) *Grot.* n. 9. *Pufend.* III, 7, 7. 8. *add.* *Ziegl.* b. 1.

IV. *Modus* promittendi requirit *signum voluntatis* declarandæ externum, quale *nus, vox, litera*, etiam *homo*, si constet de voluntate nostra, qua hunc tanquam *instrumentum* nostrum, ad hoc *speciatim*, aut sub *generali notione*, elegerimus, ita *nomine* principalium promittunt in publicis, *Legati*, in privatis *institores & exercitores*. n) Et hinc in generali præpositione fieri potest, ut nos obliget, qui præpositus est, agendo contra voluntatem, sibi soli significatam, sicut in legatis, quæ promittunt ex vi instrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata. o)

n) *Grot.* n. 11. 12. 13. *Pufendorf.* III, 9, 1 2.

o) *Grot.* d. n. 11. & III, 22, 4. *add.* *Commentatio nostra delegationib.* *Statuum Imp.* XII, 8.

V. Ut promissio jus transferat, ex parte promissarii *acceptatio* requiritur, p) quanquam ut hæc innotescat promissori, non semper sit necessarium, ad plenum promissionis effectum consequendum, q) Sequetur hinc, ante acceptationem mortuo, cui promissum erat, promissionem posse revocari. r) an vero etiam, mortuo eo, qui leviserat voluntatis nostræ *internuncius*? ego sub *distinctione Grotii* asserendum censeo? cujus tradita cætera quoque, super revocanda promissione, ubi *acceptatio pro altero* facta est, super *onere promissioni adjecto*, super *convalescentia promissionis invalidæ*, s) aliisque, *naturali rationi* satis convenire puto. t)

p) *Grot.* n. 14. *Pufendorf.* III, 6, 15. *add.* l. 19. §. 2. *de donat.*

q) *Grot.* n. 15.

r) n. 16.

s) n. 17. *Pufend.* III, 9, 3. 4.

t) n. 18. 19. 20. *Pufend.* III, 9, 5. & 7.

I.

Ad Lib. II.
Cap. XII.

PActa & promissiones *vestiuntur* aliquando aut *qualitate conventionis* peculiari, utpote contractu, juramento, aut *conditione personarum* pacifcentium, summi nimirum imperii vel summo minoris. Circa *contractuum definitionem* in genere, eorumque inter se *differentias*, quæ à Grotio sunt tradita, ut ut *intelligi* satis, ac *defendi* quoque haud difficulter, possint, nescio tamen, annon *planior*, eoque etiam *facilior* sit Imperatoris Iustiniani ac *lætorum* nostrorum disciplina. a)

a) *Vereor ne Interpretes nostri Grot. heic gravius adversi sint. Quod & partitiones fecerit alieniores, & novos terminos effinixerit, qui rem valde obscuram reddant. Sed ut eo facilius intelligatur, addi poterit Pufendorfii libr. V. c. 2. ad. c. II. usque adornata tractatio, qua Commentarii vicem heic supplet. Excusari autem debet Grotius, quod existimaverit, melius sic ad rationem naturalem se hoc argumentum posse exigere, si desereret terminos juris civilis, cum alias, iis retentis, memendum fuerat, ne qua naturalis heic juris sint, cum institutis civilibus facilius vulgo confunderentur. Cæterum planiores esse & Ceterum partitiones non nego, poterit itaq; servata tamen debita proportione, loco distinctionis Grotiana n. 2. actuum, in beneficis & permutatorios, substitui contractuum in μονοπλεύρης & διπλεύρης, horumq; in æquales & inæquales divisio. Quamq; ille in Beneficiis addidit subdivisionem, à materia sive re vel facto, desumptam, rectius cum & Ceteris à forma repetitur, consensu nimirum, ac ratione, quâ ille interponitur, ut secernantur in reales, consensuales, verbales, literales, num. 3. concedi quidem debet, contractus nominatos & innominatos, quoad naturam intrinsecam non differre, forte tamen incommodius dicuntur diremtorii hi actus, qui mutuam obligationem producunt, alii n. sunt modi perimendi, alii constituendi obligationem, nisi ita defendas, diremtorios dici, quia nullam societatem inferunt, ut n. 4. constat. Quæ n. 5. & 6. traduntur, & Ceteris concedent, qui contractus mixtos non admittunt. ita &*

n. 13. longe clarior redditur, si, qua super præstatione culpa-
rum Nostri ad l. 5. commod. § l. 23. de R. l. commentati sunt,
retineantur. Sed sumus faciles in verbis, dummodo in re con-
veniamus. Aliiter ex jure natura & gentium contractus di-
stinxit D. Textor e. 13. n. 50. satis concinne, meo judicio.

II. Postulat vero *natura* in contractibus generatim, ut
aqualitas servetur, atque ita quidem, ut ex inæqualitate
jus oriatur minus habendi contra alterum. b) Consistit
vero ea æqualitas vel in actibus contrahentium, vel in re,
de qua agunt. Actus sunt val præcedanei; quo pertinet pri-
mum æqualitas *intellectus*, ut qualis res sit, uterque sciat,
hinc omnis *dolus* abesse, ac venditor, *vitia* aut *incommoda*
rem efficiencia, si qua sibi nota sunt, significare debet, nisi
jam antea emtor ea sciverit: c) deinde *voluntatis*, ut neu-
tri contrahendi causa *metus* aut *vis* inferatur, unde con-
sensus possit impediri. d) vel sunt *principales*, quibus hæc
desideratur æqualitas, ne *plus exigatur*, aut *minus offeratur*,
quam par est. e) Circa *rem ipsam* æqualitas servanda, ita,
ut etiam si nec celatum quicquam sit, quod dictum oport-
uit, nec plus exactum, quam deberi putabatur, in re ta-
men deprehendatur inæqualitas, quanquam *sine culpa*
partium, quod *dolum in re* vocant J Cti, ea quoque sit resar-
cienda, & demendum ei qui plus habet, reddendumque
minus habenti. f) quanquam si ad *negotii* quod agitur
conditionem respiciamus, nec *jure natura*, *lesio exigua* qualis-
cubque *rescissionem* aut *quærelam* pariat, sed *gravior* de-
mum, licet infra dimidium justii pretii, quoniam gravitas
hic non solum ex ipsa *pretii magnitudine*, sed & *tenuibus lesi*
facultatibus, æstimanda est. g) Sed præcavendis litibus, *leges*
civiles certos *terminos* privatis hominibus heic passim con-
stituerunt, h) *jure* autem *gentium voluntario* receptum, ut
inæqualitas rerum, in quam consensum est, ubi nec men-
daciura

dacium intercessit, nec ejus quod dictum oportuit reticentia, in *actionibus exterioribus* habetur pro *aequalitate*, quare nec inter diversas gentes exactio aut coactioni hoc nomine locus est. i)

b) Grot. n. 8. Pufendorf. V, 3, 1. c) Grot. n. 9. Pufend. V, 3, 3, 4, 5. agit de his totus lib. III. officiorum Ciceronis, efficacia in. / Cui ad tit. π. de Aedil. Edict.

d) Grot. n. 10. add. II, 11, 7. II, 17, 19. III, 19, 1. Pufend. V, 3, 6.

e) Grot. n. 11. Pufend. n. 8. f) Grot. n. 12. g) Pufend. n. 9.

h) apud Hebræos, si sexta pars fraudata. Selden. VI, 5. ap. Romanos, si ultra dimidium iusti pretii l. 2. C. de rese. vendi.

i) Grot. n. 16 ubi est illam regulam, in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere se circumvenire, exponit. add. Pufend. n. 10. & varias aliorum explicationes ap. Strauchium Lexic. particul. voc. naturaliter.

III. Ut autem rite servetur æqualitas, pretio opus est, quo res, actiones & operæ in commercium venientes, comparari & exæquari possint. Hujus fundamentum veli est *indigentia* vel *cupiditas* hominum, vel *communis opinio* ac consuetudo, aut *peculiaris* aliquis *affectus*, aut alia hujus generis plura, quorum variatione & diverso in societate habitu pretium ipsum variari, sæpiusque *intendi* ac *remitti* solet. k)

k) hoc argumentum Grot. n. 14. complectitur, totum vero præclarissime excoluerunt Bæcler. singulari dissertatione, de mensura pretii, Pufend. V, 1. add. Fransk. III. resol. 2.

IV. Quæ super emtione & venditione tradidit Gratius, l) vix locum suam tuebuntur, cum enim illa contractus sit, cujus effectus formalis non nisi *obligatio* est ad rem habendam, ante traditionem, ne *naturali* quidem jure, emtor dominus fieri potest. Sed nec obligatur venditor ad *dandum dominium*, verum satis est præstitisse, ut emtori, quandoque velit, rem habere liceat, quod translatione *possessio-*

possessionis & facultatis usucapiendi absolvitur. m) Cæterum quod res vendita, ante traditionem, *periculo & commo- ditati emteris*, est quidem *jure civili* constitutum, m) *fundamentum* tamen habet *naturale*, quatenus in *voluntate emtoris* est, possessionem, ac cum ea, usum & commodari, à venditore accipere. n) Id vero certum est, *Monopolia*, utut *privatis* interdicta sint, cum *jure naturæ* tamen non pugnare, ut adeo à summa potestate *justis de causis* permitti possint. o) Sed & in *locatione & conductione*, si de *sterilitate* aliisque *casibus*, cujusdamno sint, quaeritur, magis *equitati naturali* convenit, ut circumstantiæ rerum distinguantur, an *vi majore*, aut *culpa locatoris* usus rei impediatur, vel *damnum gravius* inferatur, an vero *culpa conductoris* contingerit, aut *damnum modicum* sit, ut priori casu contra locatorem, posteriori contra conductorem respondeatur, id quod & *legibus civilibus* congruit. p)

l) n. 11. add. Pufend. V, 5. m) Conf. l. 30. §. 1. de act. emt. l. 25.

§. 1. contrah. emt. l. 28 eod.

m) §. 3. 7. de emt. vend. frustra dissentiente Cujacio in *Africano* f. ad l. 33. locat. cui passim est responsum.

n) Conf. omnino Zieglerus p. 349.

o) Grot. n. 16. Pufend. V, 5, 7. add. l. un. C. de Monop. Cap. Leopold. art. 20. Fritschii *Libell. de Monopoliis*, Carpz. L. 1. resp. 41. 42 & L. 1. Decis. 4.

p) Conf. l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. l. 27 pr. l. 35. locat. add. Pufendorf. V. 6. Ziegl. b. l.

V. Circa *mutuum* duo potissimum sunt, quæ difficultatem faciunt: unum in *functione pecunie*, q] quatenus ea fiat, & qualis *æstimatio* sit faciendæ? mihi videtur, *regulariter* ad tempus & locum celebrati *contractus*, sin pars aliqua lædatur, *solutio* demum, respiciendum esse. r] Alterum de *usuris*, s) an & qua *jure* sint *vetite*? si vocabulo *usurarum* nihil aliud denotetur, quam quantitas sortis,

ob ejus usum, accedens, tum per se eas nec naturali, nec divino positivo jure, quod quidem nos obstringat, t) prohibitas esse censeo; quare cum nulla hic intrinseca aut universalis pravitas sit, sed ex circumstantiis solum æstimanda, quatenus mordaces fiunt, legibus civilibus utique certa quantitas potest determinari, u) intra quam accipere liceat. Quod si alia usuras prorsus è Rep. proscribunt, pacta tamen alterius generis concedunt, nomine solum, non re ipsa abstinere, aut ad eludendam infamiam usurariam, alia diverticula ut quærant homines, haud raro indulgent. x]

- q) Grot. n. 17. de functione hac Vid. l. 2. de R. C. & ad illam Jac. Gothofredi Commentarius. Lampadii Diff. de nat. nummi. Althufii Tr. de rebus fungibilib.
- r) Conf. ex theoreticis Fransk. Exerc. IX. q. 2. 3. ex Practicis Gail. II. Obs. 73, 2. Carpov. II, 28, 4. 5. aliter distinguit Pufendorf. V, 7, 6. 7.
- s) de quibus in Belgio turbas excitarunt Theologi, Cloppenburgii aliq., quibus alii iterum se opposuerunt, Conf. Gronovii, Schockii, Salmasii in hanc rem edita scripta. prolixius idem argumentum præter Grotium h. num. 20. 21. 22. tractarunt, ex Theologis G. Calixtus dissertatione posthuma; ex C. Selden. V, 9. 10. Pufend. V, 7, 8. seqq. Textor. c. 13. n. 4. seqq. Heigius part. II. q. 1. Frankius II, Ref. 10. Schilterus ad π. Exerc. XXII, sb. 5. seqq.
- t) nam Exod. XXII, 25. Deut. XXIII, 19. 20. comprehensas leges, solis Judæis lasas, ostendit Seldenus, earumq; politicas rationes exposuit Pufendorfius, imo non nisi de usuris mordacibus intelligendas, Theologi nostri docent. Balduin. Cas. conf. l. 4. c. 3. Osiand. h. l. Ad contraria Bl. Wifenbach p. 1. D. 24. sb. 3. Sed diserte huc facit II. Corinth. II, 14. Illud notandum: mordaces fieri usuras, non solum ratione quantitatis, sed & personarum, aliarumq; circumstantiarum, si pauperi credatur ad quotidianas necessitates, quia inde lucrum non facit, jure naturæ ne quidem exiguæ usura possunt exigi.

Si leges civiles hoc casu etiam permittant, equidem impunitatem præstant, jus internum nunquam.

- u) *Jure Romano conf. π. & C. de usuris, Germanico. R. l. 1500. 1530. 1577. tit. von wucherlichen Contracten / R. Dep. Spir. 1600. fin. permittuntur quincunces. De praxi Carpov. Jur. Consist. II, 20, 319. Coler. P. E. I, 10, 37. Schilt. d. l. n. 9.*
 x) *exempla prioris ap. Grot. n. 21. posterioris generis ap. Pufendorf. V, 7, 12.*

VI. *Contractus Assesurationis*, utut hodie frequentior forte sit, *Veteribus tamen Romanis satis fuit cognitus*; y) Ut subsistat, non solum, ne contrahentium alter rem, de qua agitur, aut *salvum*, quo destinabatur, pervenisse, aut *peruisse* sciat, necessum est, z) sed oportet etiam, ut in cæteris pactio assesurationis non sit facta *contra formam lege præscriptam*. a) *Æstimatio* autem, pro *periculi* magnitudine *in-* *gendi* potest ac remitti, ut major sit, si *pirata* aut *hostes* etiam, quam solæ *tempestates*, metuantur, major quoque in *hyeme* quam *æstate*. b)

- y) *Secus ac Grotius n. 3. & Stypmannus de Jur. Marit. part. 4. c. 7. n. 4. 6. 219. aliq. vulgo putant. nam extant exempla, unum ap. Livium XXIII, 49. ubi sic vestimenta & frumenta in Hispaniam debebenda conducuntur, & quid fraudis interven- rit, Idem notat XXV, 3. add. Val. Maxim. V, 6. alterum est ap. Suetonium vit. Claud. c. 18. sed & J. Cuius iam loquuntur de eo, tanquam re nota Conf. l. 5. π. de nant. sen. De Re- quisitis ejus, in univ. sum, præter Scriptores proprios, Bene- venutum Straccham Anconitanum, & Petrum Santernam Lusitanum, quorum de Assesurationibus, Commentarii, immo seorsim extant, tum Volumini VI. Tractatus tractatum reperiantur inserti, præterea quæq. Reinoldum Kurickium Dissertatione, Juri Hanseatico noviter edito, præfixa, videndi sunt Juri maritimi auctores, Stypmannus p. IV. c. 5. Loccenius L. II. c. 5. & Marquartus de Jur. Mercat. L. II. c. 13. Præser- tim publicæ Ordinationes, Amstelodamensis, in quibus*

Grotius

Grotius *Commentarium scripsit*, Hispanica & Hamburgensis, qualium exempla operi suo subiunxit Marquartus.

z) Grot. num. 23. Pufend. *V*, 9, 8. Kurickius *Diss. de affectu*. num. 3. *fin.*

a) J Cti Batavi p. i. *Consult.* 137. Fekman. *ad l. 4. §. 7. de pact. n. 6.*

b) *Conf. Loccen. d. l.*

VII. In *societate negotiatoria*, prout circa participationem *lucri & damni* conventum est, quod variis modis ac *inaequalibus* etiam *pactis* c) fieri potest, ita jus habetur, si nihil dictum sit, *pro rata* instituenda est *partitio*. Hoc tamen ut quis *damnum* solus sine omni *lucro* sentiat, *naturæ societatis* repugnat. In *societate bellica*, quam *Admiralitatem* d) vocant, quæque tum ob *defensionem*, tum ob *prædam* plerumque instituitur, *computatio* ac *compensatio* dominis *navium* fieri solet secundum *regulas Legis Rhodia*, vel, ut hodierno stylo loquimur, secundum *ius ævarie*, pro *diversitate rerum, factorumque*, vel *communis* vel *prossæ*. c)

c) *exempla ap.* Grot. n. 24. Pufendorf. *V*, 8. 2. 3 4. 429. §. 1. *pro soc. §. 1. §. eod.*

d) de *Admiralitate vidende sunt Ordinationes & Edicta varia*, ab *Hispaniarum Rege*, *Statibus Hollandiæ ac Republica Hamburgensi*, *superiori ac hoc potissimum seculo edita*, *quæ recenset Marquartus. ex Scriptoribus maritimis*, *Stypmannus p. IV. c. 11. n. 48. seqq.* *Loccen. L. 11. c. 2. extat etiam singularis Dissertatio Argentorati An. 1674. habita. add. Franc. Clarkii Praxis Curia Admiralitatis Anglicana, quæ Londini prodit.*

e) *quomodo hoc speciatim fiat*, *explicarunt Marquartus de Jur. Mercator. l. 3. c. 4. n. 13 seqq. in universum de jure ævarie penuliam librum Belgio sermone scripsit Quintus Weitiſius, qui nuper cum observationibus Simonis à Leuven & Matthæi de Vico recusus est. Plurima ejus capita exposuerunt, H. Grotius *Intrad. ad Jurisp. Batav. l. 3. c. 29.* *Peckius & Vinamis ad L. Rhodiam. add. Schilter. ad π. Ex. 27. 1h. 28.**

COL.

COLLEGII GROTIANI,
EXERCITATIO VII.

Respondente

PETRO MUSÆO. HOLSATO.

I.

PRomissis aut contractibus quandoque supervenit juramentum, a) velut accessorium quoddam vinculum, b) cujus apud omnes populos & ab omni ævo maxima semper vis fuit & sanctimonia, ita ut gravissima pœna perjuros manere crederetur. e] Quod requisita illius attinet, in juraturo, ut animus rationis compos & deliberatus adsit, d) ac verba quoque jurantia, ubi ea interveniunt, e) non enunciative solum, aut per jocum, sed intentione jurandi proferrantur, necessum est, hæc ubi adsunt, firmum censetur juramentum, eo sensu quo delatum est, f) quamcunq; tandem reservationem, vel verborum eorumve intellectus, vel intentionis, non promittendi, aut se non obligandi, alter habuerit; g) vicissim tamen non ultra receptum loquendi morem juramenti significatio extendi debet. h)

Ad Lib. I.
Cap. XIII.

a) de Juramentis, præter Dd. ad tit. π. de iurej. infiniti fere ¶ Ceterum Commentarii extant, in quibus nunc Antonium Baverium, Vincentium Mancinum, Ludolphum Schraderum & Jeremiam Setzerum nominasse sufficiat. Ex Doctoribus Jurisf. universalis. Pufendorf. IV, 2. Textor c. XXVII. Hobbesius II, 20. seqq. videndi.

b) Hobb. II, 22. ¶ I, 16. Pufend. IV, 2, 6. c) Grot. n. 1. Puf. IV, 2, 1.

d) Grot. n. 2. Pufend. n. 5.

e) nam ea præcise non esse necessaria, contra dissentientes prolixè demonstravit Franksius ¶ I, resol. I. add. Feltman. de Jur. perhor. diff. I. c. 2. n. 15. ¶ de promot. absent. p. 79.

f) Pufend. n. 15. Hobbes, n. 21.

g) Conf. Grot. n. 3. Pufend. IV, 2, 12-14. ¶ omnino Franks. II. resol. 2. ubi Scholasticos, qui tres intentiones separatas, jurandi, promittendi ac obligandi, heic faciunt, egregie confutat.

h) Grot. n. 5. Pufend. n. 13.

II. Quid si ad jurandum *dolo* inductus aut *metu* coactus est? Si dolus *causam* dedit juramento quoad *substantialia* promissionis, vel si *certum* est, eum qui juravit, ali- quod factum supposuisse, quod revera ita se non habeat, ac nisi id credidisset, non fuisse juraturum, *non obligabit* juramentum, ne quidem *adversus Deum*, i) quia dolus omnem voluntatem, sine qua juramentum fieri non potest, excludit: secus, si *dubium* sit, annon etiam sine eo fuisset juraturus, aut dolus circa *accidentalem* aliquam *circumstantiam* fuerit versatus, ut in *juramento Iosua*, Gibeonitis facto. k) *Metus* autem, cum apparenter solum voluntati adversetur, non impedit validitatem juramenti, quanquam enim is qui metum intulit, *jus exigendi nullum* hinc consequatur, aut quod ei competere posset, oppositâ metus exceptione elidatur, tamen qui juravit *Deo obligatur* stare jurejurando. l]

i) Grot. n. 4. Pufend. IV, 2, 7. Fransk. II. refol. 4, 2. 4.

k) Jos. IX, 10. quod hinc obligabat. V. Grot. & Fransk. d. I. Dissentiunt alii. Conf. Zieglerus & Osiander.

l) Grot. n. 14. & III, 19, 5. Ziegler. p. 364. Frankius II. ref. 3. 18. seqq. Dissentiunt, præter Pufendorhium IV, 2, 8. ex ? Ceteris plures. sed his à Franskio, & prolixius à Rauchbaro part. 2. quæst. 4. est responsum.

III. Ratione *objecti* requiritur, ut juramentum sit *de re possibili*, tam *moraliter*, sive jure *licita*, nec *maius bonum morale* impediente. m) quam *naturaliter*; n) quod si hic *impossibilitas* fuerit non perpetua, sed *ad tempus*, obligatio erit in *pendenti*. o) *Forma* jurisjurandi, quibuscumque verbis differat, re *convenit*, quod *Deus testis* & *vindex* invocetur, sive *immediate*, sive *mediate*, *nominatis rebus* & *personis aliis*, per quas juramenta præstita obligant, non ex *inapte vi*, sed quatenus *Numen implicite* continent, p] hinc & per

& per falsos Deos si quis juret, quos veros credit, obligabitur juramento, non *ex se*, verum ob *conscientiam erroneam*. q) an, si *atheus* juret, per Deum, quem nullum credit, verum dici possit juramentum, quæ sit respondebimus. r)

m) Grot. n. 6. 7. Pufend. IV, 2, 9. 10. Textor c. 27. n. 57. add. Nov. 51. caus. 22. q. 4.

n) Grot. n. 8. Text. n. 60. seqq. o) Grot. n. 9.

p) Grot. num. 10. 11. *atq; ut conciliantur*. Pufendorf. IV, 2, 3. ac Textor c. 27. n. 4. seqq.

q) Grot. n. 12. *ibiq;* Feltenus p. 335. Pufendorf. IV, 2, 4. Text. c. 27. n. 13. seqq. r) *asserit* Textor c. 27. n. 23. 24.

IV. *Effectus* juramenti sunt, quod *præcidat controversas*; s) quod *obligationem producat*, ex qua tam *homini* quam *Deo jus* nascatur, aut *Deo soli*, ubi ex parte ejus, cui juratur, impedimentum accesserit. Atque hæc vera sunt non solum in hominibus *statu pacis* viventibus, sed & inter *hostes publicos*, imo *inter quosvis*; ergo juramenta *latronibus* etiam ac *piratis* facta, obligatoria sunt t) quod de *perfidis* quoque dicendum, nisi jurata promissio aperte respectum habuerit alterius promissionis, quæ ei quasi conditio fuerit implicita, u) qua deficiente, ipsum juramentum cessat, non minus, ac *si nolit* promissum, cui juratum est, x) aut *qualitas cesset*, sub qua juravit. y) *Quoties* non personæ jus nascitur, sed Deo obstringitur fides, *hæredem* ejus qui juravit, non teneri *Grotius* existimat, z) *mihî rectius alii* distinguere videntur, non teneri, quoad *vinculum juramenti*, teneri vero quoad *efficaciam obligationis*, ut præstare promissum obligatus sit, si non præstet, contra *fidem* quidem agat, *perjurus* autem non fiat. a) quando quod *contra juramentum* agitur, *illicitum* sit tantum, quando & *irritum*, recte definitum est à *Grotia*. b)

- s) Grot. n. 13. *de jure divino Exod. xxii, 11. ad Hebr. VI, 16. Civili. l. 1. 2. π. de jurejur. cuius efficacia in l. 5. §. 2. eod. modus vero exercendi l. 34. eod. explicatur.*
- t) Grot. n. 15. § III, 19, 1. 2. *Dissentiunt expresse Cicero III. off. 29. quam sequuntur Alb. Gentil. de J. B. I. 4. Bodin. de Rep. I, 1. § V. 6. qui, non quidem salva dignitate, salva tamen religione, recedere Remp. posse, autumat. Dubitat quoque Pufend. IV, 2, 8. u) Grot. n. 16. § III, 19. 13. 14.*
- x) Grot. n. 18. *tale iuramentum definit vim obligatoriam habere, non ex se, sed ratione objecti, quia definit debium esse, ob remissionem. add. l. 6. de jurej. y) Grot. d. l. Pufend. IV, 2, 11.*
- z) n. 17. § III, 19, 5. *ac consentiunt ex? Cuius Berlich. II. C. 44, 20. Gail. I, 27, 8. Myler, de Princip. II, 44, 10.*
- a) Ziegler. p. 367. Textor. c. 27. n. 83. *ac ipse Grot. II, 16, 16. hanc distinctionem ponit. b) n. 19 Pufend. n. 11.*

V. Cæterum juramenta illorum, qui superiores agnoscunt, non minus ac aliæ actiones horum imperio subiiciuntur, unde *dispensationes & relaxationes juramentorum* descendunt, quæ non illud quidem efficiunt, ut jusjurandum, quatenus *vere* fuit obligatorium, non sit præstandum, sed, quoniam *voluntas Imperantium*, veluti *conditio* sine qua non, inest juramenti subditorum, quatenus in illius præjudicium se nemo potest efficaciter obligare, ut declaretur voluntatis hujus ratio, quod dupliciter fieri solet, directo actu, aut in *personam jurantis*, sive *antece-denter*, *irritum reddendo* juramentum, sive *consequenter*, *vetando*, ne impleatur: aut in *personam ejus cui juratur*, sive *tollo* ab eo *jus*, quod ei partum est, sive *deficiente* ex se *jure*, *vetando*, *ne quid* ex tali juramento *accipiat*, quod aliquando in *pœnã*, sæpius ex *vi eminentis domini* accidit. c)

c) *Conf. Grot. n. 20. Pufend. IV, 2. 24.*

VI. Ut ut *per se* juramenta, tam promissoria, quam assertoria, non sint prohibita, ne quidem *juri novi Testamenti*,

menti, d) divino tamen humanoque juri conveniens est, ne facile juretur. Unde variorum populorum *legibus moribusq.* non solum jurandi *licentia* restricta, e) sed aliis quoque *signis, vice jurisjurandi* uti, datum est, ea vi, ut nisi impleatur promissio, promissor non minus detestabilis habeatur, quam si pejerasset. f]

d) *quod frustra putat* Grotius, 21. propterea *Commentatoribus*, Zieglerop. 369. & Osiandro p. 998. ac Textoric. 27. num. 45. *confutatus.* e) *Conf. Schilter. ad π. Exerc. xxiii. sb. 2. 6.*

f) *exempla ap. Grot. n. 22. talis est formula, bey Fürstlichen/Gräfflichen/Abel. Treuen und Ehren/ quam effectum juramenti habere, de consuetudine Germania, testantur Gail, II. obs. 59. Mynf. I. obs. 17. add. R. I. 1555. §. 88. Textor. c. 27. n. 41. 42. Schilter. d. l. n. 24.*

I.

Quaquam quæ hæcenus de promissis, contractibus ac juramentis tradita, *juris naturalis*, eo que ita comparata, sint, ut in iis etiam, qui *summo imperio* fruuntur, locum habeant, cum tamen apud hos, ex personæ conditione, interdum res peculiarem nanciscatur inspectionem, non immerito singulare caput h is destinavit Grotius, a) quo *generaliter* tractaretur, quid liceat summis Imperantibus in *actus suos*, quid in *subditos*, cum quibus contraxerunt, quid denique in *successores*, ut actibus à se gestis teneantur.

Ad Lib. II.
Cap. XIV.

a) c. 14. *quod & fecit* Pufend. II X, 10.

II. Circa *suos actus* primum quaeritur de *contractibus* quibus læsus est, an se ipsum *restituere in integrum* possit. Ego, cum ejusmodi restitutio, absolute considerata, non *mere civilis* b) sed *naturalis* quoque *juris* c) sit, affirmandum cenſeo, non solum in universum de tali Rege, qui *non pleno jure* imperat, ubi populus additis *legibus*, contrarios illis actus irritos declarat, aut declarandi speciatim

jus sibi reservavit; d) Sed nec de Regis, qui *pleno jure* regnat, actibus solum *privatis*, in quibus, ut *pars communitalis* consideratur, adeoque ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri, legibus loci ubi vivit Rex eos æstimari voluisse præsumitur, quamdiu circumstantiæ aliud non ostendunt, e) ut propterea, servata justâ proportionem, etiam *leges civitatis positivæ*, à se quoque super ejusmodi rebus *lata*, heic locum habeant: sed de actibus quoque Regis *publicis*, qua *regiis*, quotiescunque ex *imperfecta voluntate* descendisse deprehenduntur, eadem vera esse puto, f) quanquam heic ex mero jure naturæ illud procederet. *Juramenta* sua Rex irrita reddere *consequenter* non potest, g) potest vero *antecedenter*, nisi, quod *hodie* publicis negotiis fieri solet, ejusmodi annihilationibus antecedens expresse sit renunciatum. *Promissa* quoque *plena & acceptata* jus transferunt, ut teneatur Rex etiam ubi ex pura liberalitate, citra aliam causam, promisit. h)

b) quod putat Grot. n. 1. § III, 23, 2.

c) ut ostendunt, præter Bodinum & Commentatores, Zieglerum ac Feldenum, etiam Bœclerus Notit. L. II, c. 3. Conring. de Finib. c. 19. § 8. Alb. Gentil. de J. B. III, 14. p. 598.

d) Grot. n. 2. e) Grot. d. n. 2. § 5. juncto II, 4, 12.

f) Conf. omnino Pufend. II, 10, 2.

g) Grot. num. 3. Pufend. n. 5. h) Grot. n. 4.

III. Ex promissis & contractibus *cum subditis* in initis, nascitur *vera & propria obligatio*, licet *imperfecte mutua*, i) quare *jus* dat quidem subditis ipsi, ut *actio* quoque possit institui, quod in *propriis* Imperantium *tribunalibus*, remisso Consiliariis juramento, conceditur, sed Regis intuitu, non alio effectu, quam *ut declaretur* jus creditoris, *exactio* vero sequi non potest, si sponte obligationi satisfacere iste nolit. k) Cæterum poterit quandoque subditis *jus hinc questum*, citra distinctionem, quam nonnulli adferunt,

juris quæsitæ ex vi *naturalis legis* aut *civilis*, l) per Regem iterum auferri, vel *in pœnam*, vel ex jure *supereminentis dominii*. m) Absolute non potest, ut vel hinc satis constet; male vulgo dici, contractus Regum *leges esse*. n)

i) *Vid.* Pufend. *Elem.* I, 12, 6. *Op. Maj.* III, 4, 9.

k) *V. imprimis* Grot. n. 6. & *Spars. Flor.* p. 277. Pufendorf, IIX, 10, 6. Hobbes. *Vl.* 15. Strauch. *de Constit. Princip. thes.* 38. Ziegler. *de Jur. Maj.* L. 1. c. 31. n. 22.

l) *quam hic confutat* Grotius n. 8. & III, 20, 9. *add.* Ziegl. p. 376.

m) Grot. n. 7. Pufend. n. 7. *quanquam hic aliter videatur sentire Elem.* I, 12, 6. *quasi hoc casu Princeps injuri Eminentis dominii presumi debeat renuntiasse. Id quod etiam Conringio visum est, de Finibus.* c. 19. n. 6. *Sed utriq; B. Illustris Bœclerus Dissertatione de Dom. Eminent. p. 331. seqq.*

n) *communiter Interpretes ad l. 26. C. de donat. inter V. & Uquod refutat* Grot. n. 9. *quomodo ista lex intelligi debeat V. Hilliger Don. Enucl.* XII, 22. lit. z.

IV. Quoad *successores* distinguendum, an in *regno patrimoniali hæredes* sint omnium bonorum, an in *non patrimoniali* duntaxat in *jus regni* succedant, aut partim in bona, in *jus regni* vero in *solidum*. Priori casu, Reges hos, non minus ac *privatos*, in *jura quævis*, *activa & passiva*, sui *anteecessoris*, constituuntur. Posteriori vero, tales *successores* non quidem *directe* seu *immediatos* tamen *immediatos per interpositam civitatem* tenentur, quatenus hæc, *imperium* transferendo, facultatem quoque Regi concessisse censetur, ut per eum, tanquam *caput suum*, efficaciter possit obligari, quatenus *summi imperii natura* exigat, quod sicut *in infinitum* extendi nequit, ita nec ad tales angustias redigendum est, ut, instar *negotiorum gestionis*, non aliter *contractus regentium subditos obstringant*, quam si in *utilitatem Reipublicæ* præsentem evaluerunt; o) Verum toties id fieri putandum est, quoties *Princeps probabilem* contrahendi habuit *rationem*, qualem *in dubio*, ob regentium

tium auctoritatem, adfuisse *presumi* debet. p) Unde facile apparere potest, quando Regum exceptiones justæ vel injustæ sunt, qui priorum Regum nomina exsolvere recusant. Quæ de contractibus Principum dicta sunt, etiam ad *donationes* eorum ac *beneficia* liberaliter concessa, applicari debent, quæ si *ex probabili causa*, & cum plena juris translatione facta, sicut pro arbitrio concedentis, revocari nequeunt. q) ita & successores, ne id faciant, obstringuntur. Contractibus vero eorum, qui *sine jure imperium invaserunt*, cum nec ipsi *populi*, consequenter etiam nec *successores veri Reges*, teneantur, nisi de *in rem verso*, quatenus locupletiores facti sunt. r)

o) *quod faciunt Vasquius Contr. III. 1, 6. & 7. & ut apparet etiam Bodinus de Rep. I, 8. aliq., passim.*

p) *Grot. n. 10. 11. 12. & II, 16, 16. Pufendorf. IIX, 10, 8. alii nimis confuso heic incedunt, specimina Vid. ap. Arnif. de jur. Maj. L. I. c. ult. Cárpozov. de L. Reg. c. 3. f. 13. nostrosq., Interpp. qui ad titulos π. quod cuiusq., univ. nom. C. de defenj. Civit. ut & jure Reip. commentati sunt.*

q) *Alb. Gentil. de J. B. III, 16. in hac questione iterum obcuris ac infirmis rationibus utitur. Distinctius solidiusq., Grot. n. 13. ac Pufend. IIX, 10, 9. prolixè Rauchbar. part. II. q. II.*

r) *Grot. n. 14. add. II, 16, 18 juncto II, 10, 2.*

I.

*Ad Lib. II
Cap. XV.*

CONventiones Regum publicas, à se, aut inferioribus potestatibus, de eo, quod Regem proprie tangat, factas, si *specialius* consideremus, dividi possunt, in *fœdera*, *sponsiones*, *pactiones* alias. Et *Fœdera* a) quidem à *sponsionibus* plerumque tali *definitione* secernunt, quod illa fiant, *jussu summa potestatis*, ac ipse populus iræ divinæ obstringatur, si minus stetur dictis: hæ autem, quando hi, qui à potestate summa *mandatum* ejus rei *non habent*, aliquid promittunt, quod eam proprie tangat. b) *Fœdera* autem *varie*

varie *dividunt* ; e) optime *Grotius* ab eorundem *materia*, quod alia idem *constituunt*, quod est *juris naturalis*, utpote de simplici *humanitate* invicem exercenda, vel non inferenda *noxa* : alia *aliquæti adjiciant*, idque diversimode, unde hicalia iterum, vel sunt *æqualia*, quæ utrinque eodem modo ac conditione se habent, vel *inaequalia*, quæ secus. *Veriusq;* modi *foedera* fiunt aut *pacis*, aut *societatis* alicujus causa, quæ vel ad *commercia*, vel *belli* communitatem, vel ad *res alias* pertinet. *Inequalia* specialius aut ex parte *digniori* considerantur, aut *indigniori*, & hic quidem vel sunt cum *imminutione summi Imperii*, vel *sine imminutione* tali, alia *onera* continent, seu *transitoria* seu *manentia*, quæ omnia luculenter satis definiit, ac *exemplis* commodis illustravit *Grotius*. d) An autem primi generis *foedera*, quibus nihil aliud constituitur, quam id, ad quod jam antea ipsa *legē naturali* tenebantur paciscentes, tanquam *inutilia*, cultioribus gentibus *pudenda*, etiam erga Deum *parum reverentia*, haberi debeant, e) non immerito dubitamus.

a) de *Fœderibus iterum facundi sunt Scriptorum Commentarii*, nominabimus nunc Christophorum Befoldum & Wahrenmundum Ehrenbergium, ex *Doctõribus nostris* Textorem c. XXIII. XXIV. XXV. Pufendorf. IIX, 9.

b) *ita ex Livio II, 5. & 9. repetunt Grot. n. 3. Obrecht. Diss. de Sponsor. Pac. c. 1. §. 5. Textor. c. 23. §. 5.*

c) *Menippi partitionem ex Livio XXXIV, 56. refert Grot. n. 4. quam retinent, Tholosanus, Bodinus, Gentilis, Rejici: Textor. qui aliter dividit c. 25. n. 20.*

d) *n. 5. 6. 7. quem secutus est Pufend. IIX, 9, 1. 2. 3. 4.*

e) *ita quidem existimat Bufend. II, 2. 11. & IIX, 9, 2. add. Elem. I, 3, 5. sed rationibus ejus abunde, nisi fallor, responsum est, ab Obrechtio laudate Dissertationis de Sponsor. Pac. c. 1. §. 3.*

II. Ea hic solennis est quaestio, *licetene foedera incantur cum his, qui à vera religione alieni sunt* : f) *Jure naturæ ac gentium* quin permissum sit, nullum est dubium. De *Jure*

drivino aliqui dubitarunt, sed sufficienter demonstravit *Grocius*, g) sive de fœderibus *non nocendis*, sive *commerciorum*, sive etiam *bellica societatis* causa initis, loquaris, nec huic *per se* adversari, *pravitatem*, si qua adest, omnem, ex *circumstantiis* esse æstimandam. Quæ subjiciuntur monita, h) de faciendo inter Christianos populos uiversalis fœdere, instituentisque inde, contra professos Christiani nominis hostes, sacris expeditionibus, quas *Passagia* vulgo appellant, cui Imperator, si non *potestatis* ac juris, saltim *dignitatis* ac ordinis *prærogativa*, ceu Dux fœderis, præcederebeat, equidem, *laudanda* omnino sunt, hoc tamen rerum statu, *optanda* magis, quam *speranda*.

f) *de qua peculiari*, liber Octaviani Cacherani, *superiori seculi* Taurini editus est, & plura aliorum scripta vidimus, qui *Martem Galicum* in hoc negotio defenderunt. Add. Reinking. de R. S. & E. L. II. Cl. 3. c. 3. num. 33. Limn. ad Capit. Carol. V. art. XI. Matth. Cuno de pact. L. I. c. 22. n. 47. Ex nostris Doctoribus Gentilis de J. B. III, 19. Text. c. 23. n. 13. seqq.

g) num. 9. 10. 11. nec absolute repugnant Theologi V. Gerhard. de M. P. n. 154.

h) n. 12. & fecerunt id dudum alii, ut honestatem utilitatemque huius instituti, commendarent, ex Theologis, B. Latherus noster, ex J. C. Georgius Obrechtus, libello Rudolpho II. Imper. exhibito, collegitque huius generis scriptores plures, Reufnerus in *Anti-Turcico*: exempla etiam exhibuit Bongarsius, nobili opere: *gesta DEI per Francos*. Sed causæ politicæ, cur ejusmodi fœdera non fiant, aut facile dissolvantur, tum ex communibus regulis, Forstnero ad 1. Ann. Tacit. p. 42. seqq. notatis, facile comprehendi possunt, tum speciatim Auctor Anonymus, *Consilio de recuperatione Terra sanctæ* ad Eduard. Angl. R. c. 3. ac Bœclerus *Annotatione Historica, de Passagiis*, part. 3. exposuerunt. Atq; hic etiam de Prærogativa Imperatoris qualis hinc sit, videri debet, *dissertatione de Sacro R. Imp. p. 239.*

III. Sed de eo etiam, *si plures bellum gerant, utri potius opem ferre debeat, qui utriq; est fœderatus*, sæpius disquiritur. Albericus Gentilis i) septem conclusionibus rem definire voluit, meo iudicio, omnium optime, Grotius k) expedit, cujus philosophiâ acquivit Pufendorfius, l) & nos eam propugnabimus.

i) de *7. B. III. 18. p. 637. seqq.* k) n. 13. l) Pufendorf. *II. 9. §.*

IV. Inter modos solvendi m) fœdera, est omnino lapsus temporis adiecti, n) renovari tamen fœdus, sicut *expresse* prolubitu potest, ita *tacite* factum esse, *presumi* nunquam debet, nisi ex *actibus* qui nullam aliam interpretationem recipiunt. o) Quamquam hoc casu, aliud à priori ac *novum* fœdus appareat, p) atque ideo nec ad *tantundem temporis*, sed in *singulos* solû annos, renovatio intelligi debeat. q) Circa *violacionem* r) fœderis, certum est, si una pars violaverit, posse alteram à fœdere discedere, nisi *expresse* aliter conventum sit, ut uno capite non servato, cœtera tamen *inviolata* maneant, s) quamquam & tunc altera pars non teneretur ad id, quod capiti ab altera neglecto, respondebat. t)

m) de quibus *præclare* egit Textor c. 25.

n) Gro. n. 14. Pufend. d. l. n. 11. non obstat l. 44. §. 1. de O. & A. ad quam respondebimus.

o) quales vero hi sint V. ap. Textor. c. 25. n. 17. p) Text. d. l. n. 19

q) Conf. Zieglerus h. l. add. l. 13. §. *ubi locat.* (1699.)

r) de qua vid. Alb. Gentil. III. 24. & Cunon. de p. & c. 22. n. 68.

s) Gro. n. 15. & III. 19, 14. III. 20, 35. legitur q; *eiusmodi clausula in pace Danq-Suecica Rochschildiana.*

t) Gro. III. 20, 37. Pufend. II. 9, 11.

V. *Sponsionum* tot esse materiæ possunt, quot fœderum. Id vero potissimum disceptatur, u) *si improbetur à Rege, aut civitate, Sponsio, in quid teneantur Sponsores*, nam cum, qui summum imperium habet, nullam in partem obligari

obligari, satis expeditum est. *Grotius* tres opiniones refert, ex quibus novissima omnino verior est, nisi *parva* stipulatio accesserit, sponso *bona* primum ad id quod interest, & si ea non sufficiant, corpus ad *servitutem* obligari: u) cæterum fieri posse, ut sponsio, si expresse non sit improbata, obliget *summam potestatem* ipsam, ex *notitia & silentio*, eo modo, quo *Grotius* x) iterum explicavit, satis verum puto.

u) *Illustrare huius disputationis exemplum habetur in Sponsione Caudina*, ap. *Livium IX, 2. seqq. de quo H. Grot. n. 16. Sponsores deditioe suâ satisfecisse stipulantibus, omnes concedunt; an publica fides eadem fuerit exsoluta, dubitarunt aliqui & ipse Livius hesitanter loquitur; sed ego cum Grotio asserendum omnino sentio, cum ne quidem obstricta fuerit civitas, nec ex regulis, III. 22. 7. positis, amplius apparet: neq. enim tantam potestatem Distribibus concessam esse, presumi debet, ut super eiusmodi rebus convenire possint, & quanquam facultatem bellum gerendi habeant amplissimam, inde tamen ad facultatem pacis illud finiendi N. V. C. quemadmodum nec a facultate litem gerendi, ad facultatem transigendi, Conf. l. 7. C. de transact. Grotii iudiciū probant Petrus Ærodius, Alberticus Gentilis & Christophorus Besold Alii pro Samnitibus hac adferunt 1. quod ista sponsio fuerit æqua. 2. etiam utilis, ob conservatum exercitum. 3. *non* datum sufficiens tacite habere videatur, qui in alterius commodum paciscitur. Deniq. 4. ita se gesserint in belli gerendi concessione *COSS.* ut consensus eorum hec probabiliter elici possit. Sed ex Romanorum partibus facilis est responsio. ad 1. & 2. fecdam eam *pacitionem* fuisse, & ignominiosam, proptereaq. *hand utilem* Romanis, ex honestate commoda metientibus. ad 3. unicuiq. utilitatum suarum interpretationem relinquentiam esse. ad 4. probabilem consensum non suffecisse, sicut ex iis, qua de *conjectura voluntatis* tradit *Grotius l. 3, 5. constat Pufend. d. n. 22. putat. iure stricto veram esse Grotii sententiam, sed ex bono & æquo de buis Romanos ratam habere sponsionem, ob rationes allegatas, repugnasse ex sola superbia. Interim generose fecisse Samnites, quod deditos sponsores non receperint.**

x) *num. 17.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO II. X.

Respondente

J. L. STEFFENS.

I.

Ad Libell.
Cap. XVI.

QUoniam in promissis ac conventionibus verba quandoque in *diversos sensus* accipi possunt, *Interpretatione* a) opus est, qua *genuinus* eorundem eruatur, ne enim quisque sensum, quem vellet, suis verbis affingere, atque ita obligationem eludere posset, ipsa dictante ratione naturali, *ius* est ei, cui quid promissum est, promissorem *cogere* ad id, quod *recta interpretatio* suggerit. *Rectæ* autem Interpretationis *mensura*, est *collectio mentis ex signis* maxime probabilibus. Ea signa sunt duum generum, *verba & conjectura* aliæ, quæ aut *seorsim* adhibentur, aut *conjunctim*.

a) *de Interpretatione agunt* Dialectici, & *ei* *equivoci*. Oratores, *in genere* *judiciali*. Historici, *de pugna scripti* & *mentis*. maxime vero *Jcti*, *de Interpretatione Legum* & *factorum*. qui *ad generales* *certainas* regulas hanc disciplinam redegerunt. tam feliciter, ac Grotius, nemo fuit, *cujus* cap. XVI. propterea *singulari* *elogio* meretur commendari, *conduxit* ille, non solum *quicquid* ex veteribus *Romani* *juris* *autoribus* ac *tota* *antiquitate* huc potest pertinere, sed & *Jctos*, *Cardinalem*, *Franciscum* *Manticam*, *Simonem* *de Pratis*, aliosq. qui de *ultimarum* *voluntatum* *interpretatione* ac *conjecturis* *scripserunt*, *præclarissime* adhibuit. *Addi* potest *Pufend.* V, 12. *quis* *Grotium* *fere* *æquæ* *vidæ*, ut *faciatur*, *se. ut* *us* *est*, quoniam *in* *hac* *materia* *subtiliter* *valde* *se* *versatus*, *prolixius* *tamen* *in* *cessit*, ut *commentarii* *vicens* *huc* *sustineat*. *Alii* *partem* *attigerunt*, ut *Textor* *cap. XXIV.* *circa* *facta*, *alii*, *ratione* *alia* *fundamenta* *componstrare* *voluerunt*, *Hopperus* *de* *Jur. art.* *L. II. f. 92. 1099.* *Placcius* *de* *Jcto* *perfect. c. 8. 9. 10.* *in* *signum*

L 3

quod

quoque operam heic ostendus *Dissertatio, de Interpretatione Juris obscuri, A. 1671, Argentorati edita.*

II. Sed quia Interpretatio ipsa triplex est, *declarativa, extensiva, restrictiva.* Circa *declarativam* notandum, si nulla sit conjectura, quæ ducat alio, verba intelligenda esse ex *proprietas*, non *grammatica*, quæ est ex *origine*, sed *populari*, quæ ex *usu*: in *artium* autem *vocabulis*, quæ populus vix capit, adhibendam artis cujusque *prudendum* definitionem. b) *assumptis conjecturis* opus est, ubi aut *verba simplicia*, aut *verborum complexio* sunt *πολύσημα* vel *plures significationes* recipiunt; c) aut quoties *εναντιοφωνία* quædam seu *repugnantia species* occurrit, d) tum enim *varii sunt loci*, ex quibus veram dicentis voluntatem conjicimus: vel *ex materia*, ut pro materia substrata intelligatur, e) vel *ex effectu*, ne sequatur aliquis à ratione alienus: f) vel *ex conjunctis*, quæ talia sunt aut *origine*, ubi ejusdem auctoris sententia, ex alio quodam scripto suo; aut etiam *loco*, cum ex ejusdem loci antecedentibus & consequentibus interpretatio desumitur. g) Quoniam vero eorum quæ promittuntur, alia sunt *favorabilia*, alia *odiosa*, alia *medii generis*, pro diversitate horum, diversimode incedendum est, quod *Grotius*, propositis quibusdam *regulis*, partitim *demonstravit*, subjunctisque *exemplis* nobilioribus *illustravit*. h)

b) *exempla ap. Grot. n. 2. 3. Puffendorf. n. 2. 3. add. Alb. Gent. III, 20, 21.*

c) *an dentur verba ambigua? dubitatum non solum inter Philosophos ap. Gellium N. A. XI. 12. Script. ad Herenn. II, 15. Verum & Jurisconsultos, nam Paulus in l. 3. π. de reb. dub. quoad vim internam omnem ambiguitatem vocibus demit. Sed R. Celsus in l. 7. π. de supell. leg. esse tamen quoad vim externam, sonum scilicet & loquendi rationem add. l. 125. de V. S. Gell. N. A. IX, 12. Puffend. n. 5.*

(Pu-

- d) Pufend. n. 6. e) Grot. n. 5. Pufend. n. 7. *exempla referunt, alia vero collegit*, Alb. Gent. II, 4.
 f) Grot. n. 6. Pufend. n. 8. g) Grot. n. 7. 8. Pufend. n. 9. 10.
 h) *de regulis vid.* Grot. n. 12. Pufendorf. n. 13. *Exempla vero ap.* Grot. n. 13. *ad n.* 20. Pufendorf. n. 14. *ad n.* 16. *add.* Alber. Gentil. III, 18. & II, 4.

III. Interpretatio *extensiva* rarius est adornanda, & fere nunquam, nisi satis constet, *rationem*, sub quam venit casus, quam volumus comprehendere, esse *causam unicam & adequatam*, quæ promittentem *moverit*, eamque rationem ab eo consideratam in sua *generalitate*, quia alioqui promissio fuisset *iniqua* aut *inutilis*. i) Facilius procedit *restrictiva*, quæ petitur vel ex *defectu voluntatis originario*, vel ex *casus emergentis repugnantia cum voluntate*: ille intelligitur ex *absurdo*, quod alias sequeretur; ex *cessatione rationis*, quæ voluntatem unice movit; ex *materia defectu*. k) Hæc dijudicatur ex collatione casus præsentis cum voluntate, quæ colligitur aut ex *naturali ratione*, subsidio *iniquitatis*, id est, *aquiprudentia*, & *iniquitatis* seu *aquitas*; l) aut ex *alio signo voluntatis*, quo nullum est validius, quam si *verba alio loco posita*, velut *insperato* ex ipso rerum eventu inter se committuntur, quo casu, *utra pars prevalere debeat*, regulas quasdam ex antiquis autoribus Cicero m) posuit, quales *digestis* concinnius, Grotius, n) ac *supplevit* denique Pufendorfius. o]

i) *Exempla vid. ap.* Grot. n. 20. 21. Pufend. n. 17. 18.

k) *Conf.* Grot. n. 22. 23. 24. 25 Pufend. n. 19. 20.

l) *quo modo vid.* Grot. n. 26. 27. Pufend. n. 21. 22.

m) *L. II. de Invent. c. 49.* n) n. 29. o) n. 23.

IV. In dubio, *contractum perfectum* cenferi debere, antequam *scriptura confecta & tradita*, tam *naturali rationi*, quam *civilibus legibus* convenit, (p) Pacta vero & Contra-

tus

Quis summarum potestatum ex *jure Romano* interpretandos, recte negat *Grotius*. q) qui etiam an conditionem *offerentis*, an *accipientis* verba magis attendi debeant, satis definiuit. (r

p) *Grot. n. 30 J. 4. de pignor. l. 17. C. de fid. instr. A. Faber. Cod. IV. 16, 14.*

q) *n. 31. contra eos, quos nominat A. Duckius l. 1. c. 2. n. 6. r) n. 32*

I.

Ad Lib. II.
Cap. XVII.

Pergimus ad obligationem quæ ex maleficio, vel damno per injuriam dato oritur, quatenus *naturali jure*, qui tale damnum intulit, ad resarciendum alteri tenetur. Maleficcium heic generaliter qualemcunque culpam in faciendo aut non faciendo, denotat. Damni autem nomine omnis lesio, venit, quâ qui tollitur diminuiturve, quod suum est, jure *expletorio* ac perfecto, secus enim si ex *sola aptitudine* aut jure imperfecto. a) Cæterum perinde est, siue illud suum consistat in re; quæ homini competit, vel ex *merâ natura*, uti vitâ, corpus, membra, fama, honor, actiones propriæ, vel ex accedente *facto humano*, puta dominio, pacto, aut lege. Sive consistat in *fructibus* ex re provenientibus, iisque aut *perceptis*, qui per se æstimari possunt, ut res peculiares, aut *percipiendis*, in quorum æstimationem deductio *impensarum* venire debet. Sive consistat in *spe lucri*, quæ ex *nostro* æstimatur, non ut *illud ipsum*, sed secundum *propinquitatem ad actum*, ut in semente spes messis. b)

a) *Grot. n. 1. 2. cuius tamen cautio n. 3. observanda est. add. Pufendort. III. 1. 3.*

b) *Grot. n. 4. 5. Pufend. d. n. 3.*

II. Sed tenentur ita, non solum qui per se immediate, damnum dant, sed & alii, faciendo aut omittendo seu non faciendo, quod posterius, consideratum cum debitis circumstantiis, sub facto moraliter continetur; sic autem

hoc variis modis, ad maleficium ejusmodi concurrendi, quos Grotius c) seorsim enumerat, Moralistæ vero duobus versibus exponunt: *jussio, consilium, consensus, palpò, recusus, Participans, mutus, non obstant, non manifestans.* Cæterum ut non *faciendo* aliquis efficaciter teneatur, necessarium est, *facere ommissum debuerit, ex obligatione perfecta, quæ justitiam explettricem respicit, secus, si solum ex minus perfecta, quæ ab assignatæ justitiæ spectatur, quanquam enim hic non minus, ac ille, omissione sua, peccet, non tamen hinc, sicut illinc, ad reparandum tenebitur, d) Faciendò autem is demum tenetur, cujus opera revera aliquid efficacitæ habuit, circa producendum damnum vel totum vel ejus partem. e)*

c) n. 6. seqq. explicat istos modos Petrus Binsfeldius ad tit. X. de injur. & dam. c. 9. q. 1. seqq. fundamenta eorum generaliora indicat Pufend. l. 5. 14. applicat vero III, 1, 4. seqq.

d) Grot. n. 9. Pufend. d. n. 4. Dissentit quidem Zieglerus, p. 420. Sed pro Grotio notandum, 1. opponere ipsum debitum justitiæ & charitatis nequaquam absolute ac formaliter, sed habita relatione ad objectum, & quoad effectus, etiam in foro interno consideratos, vel, ut clarius dicam, non ratione personæ quæ debet, sed ratione rei, quæ debetur, vocabulo rei late sumto ut & facta comprehendat. Persona enim ad utrumque debitum æquali obligatione tenetur, cujus validitas in se semper constat, sive ex attributrice, sive explettrice justitiæ oriatur, ut supra jam notavimus p. 41. lit. K. ast effectus intuitu est differentia, quatenus illa jus alteri non tribuit rem exigendi, hæc tribuit. Quare 2. qui ex norma charitatis ad quid tenetur, obligatur quidem, sed non fit debitor stricte loquendo, conf. l. 108. de V. S. l. 84. §. 1. de R. l. neque enim quod sic faciendum illi incumbit, alter suum dicere potest, circa quod tamen unice, accurate loquendo, debitum & creditum versantur. vid. Grot. l. 1, §. hoc autem deficiente, deficit & restitutionis obligatio. Grot. h. n. 2. Quatenus vero 3 justitiæ & charitas

M

iisdem

iisdem legibus succumbunt, continent solum obligationem absolutam, ex iure natura immediate descendente, & ad normam iustitiae attributricis iudicandam; sed ut relativa fiat cum effectu, debet factum aliquod, expletrix iustitiae aestimandum, accedere; Quando dicitur, qui praecepto juris naturalis quid aduersum perpetratur & iustitiam offendere & charitatem, concedi potest de attributrice, cuius effectus, est obligatio ad poenam: sed obligatio ad restitutionem, non nisi ex expletrice oritur.

III. Sciendum quoque hos omnes, quos diximus, non pariter teneri, sed certo ordine, primo loco sunt ii, qui imperio aut alio modo aliquem impulerunt, hi enim existimantur causa principalis: deinde patrator facinoris, & post ceteri: in solidum singuli, qui eadem causarum classe, ad actum causam dederunt, si totus actus ab ipsis, quanquam non solis, processit. e] Qui vero de actu tenetur, simul tenetur de his, quae illum, ex actu sui, sive per se, consecuta sunt, secus, si per accidens. f] Quae omnia quomodo aestimanda sint, exemplis homicida, mutilatoris, adulteri, stupratoris, furis, raptoris, ac ejus, qui causam dedit promissioni per dolum & metum injustum, praecclare satis Grosius demonstravit. g]

e) Grot. n. 11. Hotoman. qq? III. 33. prolixius Pufendorf. n. 5. Dissentit uerum D. Zieglerus.

f) Grot. n. 22. Pufend. n. 6. Vasq. C. Illustr. l. 28, 18. seqq.

g) n. 13. ad n. 20. add. Pufend. n. 7. ad n. 11. Carpov. Pract. Crim. p. 11. q. 99. seqq.

IV. Ex neglectu tenentur Reges ac Magistratus, qui ad inhibenda atrocina & piraticam, non adhibent ea, quae possunt ac debent, remedia. h] Sed quid si subditis singulis, aut societate conjunctis, i] per Codicillos praedarum in mari ex hoste agendarum facultas datur, illi autem res amicorum rapiant contra imperium publicum, an imperantes

rantes tenebuntur? Eos in nihil amplius teneri, quam ut noxios, si reperiri possent, *parent*, aut *dederent*, præterea in *bona raptorum* justæ reddi curarent, recte *Grotius* respondit. k Cui tamen in eo consentire non possum, quod, ut *mancipium* aut *animal* quod damnum vel pauperiem fecit, noxæ datur, solum *juris civilis* esse opinetur. Id vero certum, damnum etiam aduersus *honorem & famam* dari, ubi non minus ac in furtis aliisque criminibus *visitas* actus ab *effectu* discernenda est, ita ut illi *pæna* respondeat, huic *damni reparatio*, quæ quo modo fiat, satis à *Grotio* explicatum est. m]

h) *Vid* *Strauch. de Imp. Mar. c. 9. n. 5. Carpz. Pr. Cr. p. 2. q. 91. n. 60*

i) *quales apud Hollandos. vid. Schock. de Imp. Mar. c. 23. Heinf. L. 1. obsid. sylvæ duc.*

k) *n. 20. add. Alber. Gentil. l. 21.*

l) *n. 21. restius fundamentum naturalis juris agnoscent Pufend. n. 6. & Zieglerus p. 410. m) n. 22.*

I.

VEnimus ad ea, quæ *debentur jure gentium voluntario*, quatenus ab eo aliquid *juri naturæ* superadditum est, adeoque ad *obligationes*, quas ipsum *per se* jus illud gentium induxit: quo in genere præcipuum est caput de *legationum jure*, a] quod, si una complexione continere volumus, *sanctitate legatorum* constat. De talibus autem legatis *præcipue* heic sermo est, quos mittunt, qui *summo imperio* vero, aut saltim *analogico*, c] *compotes* inter se sunt. Quare nec *Provinciales* aut *municipales* huc pertinent, qui *mero jure civilis* reguntur, nec qui mittuntur à *piratis* aut *latronibus*, quorum *communitates gentem* aut *civitatem* non faciunt. d] nisi quod hi quandoque *fide data* hoc jus nanciscantur, non minus ac *subditi in bellis civilibus*, ubi *necessitas*, extra regulam, huic juri locum facit, e] *Quan-*

*Ad Lib. II
Cap. XVII.*

quam vero legatorum, qui, secundum *hodiernum curia-
stylum*, in *Ambassadeurs & Envoyés*, sive *primi & secundi ordinis*
legatos, dividuntur, f) insignis sit differentia, ea tamen
non nisi ad *effectus characteris representativii* g) pertinet, nam
quoad *juris gentium privilegia* utrique omnino æquali san-
ctitate gaudent. h)

- a) *de legatis in genere, quinam scripserint, eorum nomina* Com-
mentationis nostræ, de *Legationibus Statuum Imperii, pra-*
facione, proluxa reconensione indicavimus, add. Textor. c. XIV.
Equidem Pufend. II, 3, 32. aliq., qui jus gentium peculiarem
speciem constitutere negant, hæc ex jure naturali repetere sata-
gunt. Sed 1. ratione illorum, suavorix solum sunt, quæ ex se non
sufficiunt, ad inducendam apud gentes obligationem effica-
cem, ut non liceat & contrarium facere. Nec 2. ista singularis
sanctitas, multo minus 3. superaddita, per modum privilegii,
iura, ex naturali jure satis possunt demonstrari.
- b) *V. Grot. n. 1.*
- c) *addidi hoc, ob legatos Statuum nostrorum, quorum superiori-*
tas territorialis, perfectam Majestatem non insert; eorum
tamen legati, juris gentium privilegia apud externos fruuntur,
Vid. Commentat. nostra c. XXI. n. 2. juncto c. X.
- d) *V. Grot. b. n. 2. § 11, 13, 15. III, 3, 2. Bodin. de Rep. I, 1. Alber-*
Gentil. I, 4.
- e) *Grot. d. n. 2. f) de quo Vid. Comment. nostræ C. II. g) qua-*
les isti sint, passim nobilissimo opere, à Wiquefortio, eâ inscri-
ptione, L' Ambassadeur & ses fonctions, nuper edito, indica-
tur. ego in disciplina ordinem certum componere sustinui, Com-
mentationis meæ Cap. XIV. seqq.
- h) *quod, nisi fallor, probavi Commentat. meæ c. XXI. n. 13.*
- II. Duo autem sunt *de legatis* quæ ad *jus gentium* refer-
ri, *omnium concessione*, videmus, nam quæ de *solemnitatibus*
ceremoniarum, in *primi ordinis legatis*, quasi cæ nunc par-
tem *juris gentium* faciant, aliqui contendunt, alii infici-
antur, solumque *civilitatis* studio deberi volunt. Inter con-
cessa,

cessa est, ut admittantur, quod ita intelligendum, nisi *iusta causa* obstat; hæc *specialis* esse potest interdum ex *conditione persona*, ejus qui *mittit*, vel ejus qui *mittitur*, aut ex *conditione rei* seu negotii, ob quod *missio* fit, i] sed velut ex *generali causa*, *legationes assiduas* seu *Residentes*, rejici *per se*, quod *Grotius* putat, *nunc* posse, mihi non videtur. k] Alterum est *ne violentur*; quod *legatos ipsos*, eorumque *Comites* ac *bona* concernit. Verum si *propria persona* aliquid *delinquant* legati, *quousq;* *inviolabiles* sunt, maxime discrepant, ut ex *opinionibus Grotio* collectis *examinatisque* constat, *cujus tamen sententia cæteris verior est*, l] *placuisse gentibus*, *ut communis mos*, *qui quemvis in alieno territorio existentem*; *eius loci territorio subijcit*, *exceptionem pateretur in legatis*, *qui, sicut fictione quadam, habentur*, *pro personis mittentium*, *ita etiam fictione simili, constituerentur quasi extra territorium*. Sequetur hinc, *Principi ad quem missus est legatus nullam in eum competere jurisdictionem*. Quare per *certos gradus* heic incedit, ac ita colligit *Grotius*, si tale sit *delictum*, quod *contemni* posse videatur, id aut *dissimulandum* esse, aut è *finibus* jubendum *excedere legatum*: si *crimen* sit *atrocius*, & ad *publicum malum* spectans, mittendum *Legatum* ad eum qui *misit*, cum *postulato*, ut eum *puniat*, aut *dedat*: si *periculum ex mora* fiat, nec alia ulla ratio *præcavendi* idonea *superfit*, & *resineri* & *interrogari* legatum posse: sin ipse *vim armatam* intenter, licere eum *occidere*, non per modum *pæna*, sed per *modum naturalis defensionis*. Quanquam hæc omnia non ad quoscunque, per *quorum fines*, non *accepta venia*, legatus *transit*, sed eum solum, *ad quem missus est*, m] *referri* debeant, eo modo, ut tum demum *efficaciter* hunc *obligent*, *quando admisit*, n] quasi scilicet ab eo tempore

tacita pactio intercesserit, super juris gentium præsidio, *presenti legato indulgendo*. Unde facile intelligitur, *jure salionis* interfici, aut male tractari indistincte legatum non posse, qui ab eo venit, qui tale quid patraverat. o)

i) Grot. n. 3. k) *vid. que super his* Commentatione meâ, C. II. n. 14. *differni*.

l) *quam* Strauchius, Hahnus, Rachelius, Collegium Argentoratense, Furstenerius, aliiq; sequuntur, *pecaliari vero libello, de legati delinquentis judice competente, confirmavit* Richelius Zouchæus *¶ Cms Oxoniensis, quem notis suis & animadversionibus, superioribus annis recudi curavit* Christianus Henelius.

m) Grot. n. 5. n) Grot. n. 6. Strauch. *Dist. Jur. Publ. XII, 2.* P. Faber. *semestr. L. II, 6. 1. p. 8.* Cujac. *Comm. ad. l. 5. de pact.*

o) Grot. n. 7.

III. *Comites* vero seu familia legati, ejusque *vasa* ac *bona sancta* sunt *accessorie*, & proinde quatenus legato videntur. Quare si *Comites* quid gravius deliquerint, postulari poterit à legato, ut eos *dedas*, qui si nolit, eadem facienda, quæ de ipso legato diximus. p) *Quem, etiam jure gentium, jurisdictionem in familiam* habere, ac *jus asyly* in suis ædibus, *verius* mihi videtur. q) *Bona* autem legati mobilia, & quæ alia habentur, personæ accessio, *pignoris* causa aut ad solationem debiti capi non possunt, nec per *judiciorum* ordinem, nec *manu regia*, sed compellendus amice, primum ipse legatus, dein qui misit, ita, ut ad postremum usurpentur ea, quæ adversus debitores extra territorium positos usurpari solent. r) Contra hæc, si quid factum est, *jus belli* nascitur *parri lese*, sicut hujus generis bella tam sacris, quam profanis historiis reperiuntur *consignata*. s)

p) Grot. n. 8. q) *de quo amplius* Comment. meâ, c. XXI. n. II. & 13. r) Grot. n. 9. 10. s) Grot. n. 1

I.

EX jure gentium, quod ex voluntate orrum habet, debetur & corporum mortuorum *sepultura*. a) de cujus juris sanctimonia, utut infinita *testimonia autorum* extent, b) nondum tamen, quæ primum *causa* moris hujus introducendi fuerit, ut corpora humo tegerentur, expeditum est, quanquam *Grotii* c) sententiam aliis præferendam existimem. Ita autem passim commendatur hoc *sepeliendi officium*, quasi non tam *homini*, id est personæ, quam *humanitati*, id est naturæ humanæ præstandum sit. Cui consequens est, ut & *inimicis* d) & *hostibus* quoque *publicis* debeat. De insigniter *facinorosis* disquitunt, an in civilis pœnæ computationem etiam *privatio sepultura* possit salvo *naturali & gentium* jure, referri, *dubitasse* non *politicos* tantum, sed & *Theologos*, *Grotius* ait; f) ego nihil video, quid *affirmare* prohibeat. Nam apud *Hebraeos* quoque ac alios populos excipiebantur, ii qui *sibi ipsi mortem confixerant*, animo *deliberato*, indistincte, nam quod *Interpres* aliqui *Hebraorum*, eum casum, *si quis videat, se deinceps videndum in probrum ipsius Dei*, exceperunt, ac si tum sui occisio licita, nec propterea *sepultura* deneganda esset, id vanum fuserat: g) Eodem modo non *sepeliebantur* apud *Græcos* omnes *sacrilegi*; apud *Athenienses* præsertim *proditores*, & sic deinceps. Cæterum extra hos casus, denegata *sepultura* causam *justi belli* tribuit.

*Ad Lib. II.
Cap. XIX.*

a) de *Sepultura ac jure Sepulchrorum, præter ea, quæ ad ius. π. de religiof. & ius. de Cadav. Pun. tradunt Interpretes, iterum multi extant Commentarii* 7 *Ctorum, utpote Andreæ Molfesii, Floriani Dulphi, Christophori Besoldi, Justi Bernhardi Hoyerii. Quæ ad formam exteriorem in insipientis gentium pertinent, diligentius collegerunt, Jacobus Gutherius de jure Maritum; ac Johannes Kirchmannus, de funeribus Romanorum. Calaubonus in Baron. p. 577. Brissonius*

II. *Antiqu. 14. add. Jac. Gothofr. Cod. Th. T. .3. p. 136. Ex De Floribus Jurispr. Univ. præter Grotium h. c. 19. Textor 6. XV.*

b) Grot. n. 1. & in primis Petro Fabro *semestr. 11. 1. collecta.*

c) n. 2. *add. de verit. Relig. Christ. p. 63. d) Grot d. n. 2.*

e) Grot. n. 3. Selden. *VI, 16. Alb. Gentil. 11. 24. Textor XV, 4.*

f) n. 4. *Conf. Pag. Gaudent. p. 1. c. 29. & Dissertatio, quæ nuper, de jure circa Cadav. punitorum, apud nos prodit, cuius cap. 11. §. 4. 5. 6. 7. utriusque partis argumenta allata, expensa, & sententia differens confirmata est.*

g) *Vid. Puf. 11, 5, 5. exempla, quæ Grotius attulit, impertinentia sunt, ut Zieglerus ac Osiander ostenderunt. Conf. Dissertatio, quam nominavi, cap. VI. §. 6.*

h) *Dissentunt frustra D. Ziegler. p. 422. & D. Osiander. p. 1112.*

II. Sunt & alia quædam, quæ ex jure gentium debentur, ut, *longo tempore possessorum securitas* : i) *successiones ab intestato* : k) *quæ ex contractu quantumvis inæquali veniunt* : l) in quibus, licet ipsum jus naturæ fundamentum præbet, jus tamen gentium *firmisatem* addit, sive adversus *conjectura* incerta, sive adversus *exceptiones* quasdam, quas alias ratio naturalis videretur suggerere. Eodem referuntur, *commerciorum libertas* ; m) ut *facinorosa puniantur aut dedantur* ; n) ut, *pro debito Imperantium res ac actus subditorum teneantur*, unde *jus pignorationum & repressaliarum* ; o) & *in bellis præsertim, ne veneno spicula inficiantur* : p) *ne sicarii misteantur, si facti eorum perfidia inest* : q) ac alia plura, de quibus inter effectus bellicos Grotius destinata operâ egit.

i) *Vid. Grot. 11, 4, 9. k) Grot. 11, 7, 1) Grot. 11, 12, 26. m) Grot. 11, 21, 13. & libro singulari, de Mari libero. n) Grot. 11, 21, 5.*

o) *Grot. 111, 2, 2. seqq. p) Grot. 111, 4, 15. q) Grot. 111, 4, 18.*

III. Sed hæc ad *injuriam* factam pertinent, quatenus hunc effectum habet, ut ea *damnum* nobis aliquod inferatur, quod *reparetur* : quoniam vero illa simul quoque *vitiositatem* actus involvere potest, quæ *puniatur*, r) itaque de *pœnarum* ratione seorsim erit agendum.

r) *Conf. Grot. 11, 1, 2, junct. 11, 17, 22.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO IX.

Respondente

JOH. HENRICO LANGNERO, Haynâ-Silesio.


I.

Quid *pœna* propriè sit, quale habeat in jure naturæ *fundamentum*, & ad quam *justitiæ speciem* earum inflictio pertineat, Scholastici non solum veteres, sed Juri quoque nostri, magno admodum dissensu, inquisiverunt tradideruntque. *Primum* accurate satis *definitis* Grotius, quod *pœna* sit a) *malum passionis, quod infligitur ob malum actionis*. b) Sed in *altero* minus recte sentit, quando jure naturali, ut delinquentes puniantur, *licitum* quidem & haud iniquum, nequaquam vero *præceptum* esse, c) opinatur, qui in eo etiam fallitur, quod jus puniendi, ceu qualitatem moralem *absolutam non relativam* concipiat, quasi id in naturali libertate *civis* sui juris homini, in civitatibus ac judiciis institutis, *summis potestatibus* quidem, non autem *quâ aliis imperant, sed quâ nemini parent*, proprie compereret, d) Omnino enim certum est, posita *societate civili*, extra quam nec statui nec intelligi *pœna* unquam potest, ipso naturalis juris *præcepto* niti, *pœna* inter homines *meritum*, ea ratione, ut non minus cui puniendi jus est, animadvertere in delicta, vi *jussus divini* in hoc collati, *teneatur*, quam delinquentes ad subeundam *pœnam, obligatione vera*, quæ ex actu negativo, dictamini legis contrario, descendit, *obstricti* sint. e) Ipsam vero puniendi facultatem imperium in alterum involvere, tum constare ex his potest, tum in sequentibus amplius apparebit.

a) de pœnis prolixè egerunt Juri, ad eum in Digestis titulum, *libris vero peculiaribus*, Jo. Althusius & Christophorus Be-

N

foldus,



foldus, *Dissertatione. quae seorsim nominari meretur*, Samuel Bæclerus. *Ex Jurisprud. Universalia Doctoribus, orator Grotium h. c. XX. Lambertus Velthufius, tractatus, de Justitia divina & humana, parte II. Seldenus I, 4. ac Pufend VIII, 3.*

- b] *nam, quae Zieglerus & Veldenus heic desiderant facile componuntur, si connexionem istam, inter malum actionis & passionis, recte explicemus, quod breviter Grotius ipse n. 1. prolixius Pufendorffius n. 4. praestitit. Sicut enim in passione, malum, non morale, quemadmodum in actione, cui respondet, accipitur, & Feldenus concepissee videtur, quando poenam, tanquam medicinam delinquentium, bonum quippiam contendit, sed physicum aliquod, atque ipsam passionem, in notione generaliori intelligimus, prout, quamcumque molestiam notat, ac dolorem, sive per se, sive operationi cuidam adhaerentem: ita etiam actionis vocem latius sumimus, pro omni eo, quod contra debitum legi vel homini, seu faciendo seu omitendo, committitur, ut peccata omissionis heic comprehendendi, non habeat, cur Zieglerus neget, siquidem hanc oppositione, omnia ea Grotius, quae Ulpianus in l. 131. de V. S. noxae & vindictae verbis, explicari optat.*
- c] *qua est veluti solennis Grotii hypothesis, sapienter repetita, h. cap. n. 1. 3. 4. 21. 22. II, 8, 20. ac alibi passim; perpetua tamen animadversione id refutarunt, Doctissimi Commentatores, Zieglerus & Osiander. Cum Grotio facit etiam Velthufius, qui ex licentia, utendi suo jure, in estimandis his quae ad conservationem sui pertinent, unice solet repetere, cui in multis libere cedere possumus. Vid. p. 62. & 75.*
- d] *Conf. h. cap. n. 3. 7. 40. idemq; statuit Velthufius. d. part. II. passim.*
- e] *ostenderunt hoc Seldenus I, 4. p. 46. Bæcler. ad Grot. praef. p. 9. & Commentatorum alii. Nec est quod circa priorem obligationem punientis aliquem moretur Velthuf. p. 64. ac si hoc diceremus, tum fas non esset facinorosum impunitum dimittere, multo minus sinere eum fungi amplissimo in Rep. munere. Nam omnino fas non est, quandoq; universaliter, ubi poena irrelaxabilis, interdum ita, nisi causae liberandi aliquem a poena,*

ex opposito occurrant gravissima, quibus dispensatio reddatur licita, neque enim absoluta prorsus est ista obligatio, sed hæc restrictione temperata. Eodem modo in cæteris opponit Velthulius, quæ non sunt opponenda, nam & juxta magnitudinem damni, quo Rempublicam affligit delictum, & juxta magnitudinem malitiæ atq; vitiositatis, quæ in delicto est, pœnas intendunt imperantes, hæc pœna meritum per se, instar formalis causæ, constituit, illud meriti modum & commensurationem, ex ratione finis. Nam quod in hoc Velthulius differentiam divinæ & humanæ pœnæ facit, quasi DEUS puniret delictum, quia pœnâ dignum, homines solum, quia sibi noxium est, petitionem principii involvit, non minus ac pleraque discrimina reliqua pag. 73. & 74. adducta. Sic utrumque etiam dici potest, homo est propter justitiam punitivam, & justitia punitiva est propter hominem, illud, quatenus homo imperium habet, ideo à DEO concessum, ut cuique operi juxta meritum retributionem faciat, vid. Rom. XIII, 3, 4. hoc, quatenus sine hac, nulla societas consistere potest. Peccatorem vero impunitum dimittere, ne pœna ejus redundet in Reipublica damnum, non est facere malum, ut eveniret bonum, quotiescunque illa dimissio fit ex sufficientibus causis, quod hic præsupponitur, quo casu, salva manente obligatione ad puniendum, objecti ea mutatio contingit, ut, quod antea simpliciter consideratum, punibile erat, his accedentibus ex opposito causis, tale esse definat. Sed de his alias. Dissentit circa posteriorem delinquentis obligationem, etiam Pufend. II, 3, 4. præprie dici non posse, ad pœnam aliquem teneri, quod ad ea solum obligemur, quæ ultro præstamus, ac pœnæ esse in invitos; nescio autem, an commoda satis sit ea obligationis definitio, cum præprie ille dicatur obligari, qui necessitate adstringitur, & notum est, apud philosophos non minus quam in Cætos, quomodo conventionum in spontaneas & invitæ partitio explicari consueverit; Imo si non obligatus esset ad pœnam delinquens, sequeretur, è carcere elapsus iniuste graviori pœnâ affici, sequeretur eum absque injuriâ punienti posse resistere, quâ ratione facilis esset ad Anabaptistas lapsus.

II. *Tertium* quod attinet, in eo mira est Doëtorum confusio, ut ex sententiarum diversitate apparet. Difficultates inde mihi subortæ videntur, quod ad eas solum justitiæ species, quæ *distributiva*, ac *commutativa* nomine solent significari, respexerint, in quas cum sola *particularis* justitia distinguatur, mirum non est, pœnas omnes huc non potuisse referri, quoniam circa aliquas ipsa etiam *Univèrsalis* justitia occupatur: Quare istam rem ex conditione *delictorum* ita definiendam puto, quod hæc, vel fiant contra justitiam univèrsalem, id est, *leges publicas*, vel contra justitiam particularem, seu *jus tertii*, cum quis sibi plus, alteri minus tribuit; illis respondet *pœna publica*, quæ ob violatum Reip. statum infligitur, ex *justitia univèrsali*, vi cujus summa potestas, secundum quam normam leges fert, transgressores etiam punit: his respondet *pœna privata*, quâ ei, qui læsus est, tribuitur aliquid ultra damnum datum, utpote in furto, præter simplum, dupli aut quadrupli æstimatorio, in quo cum nulla dignitatum aut personarum habeatur ratio, *justitia particularis* ea species, quæ *commutativa* dici solet, versatur, id quod recte Grotius f] agnovit.

f] n. II. *quanquam* Pufend. n. 5. *eam* confutare conetur. Nôs Grotii rationes tuebimur. Add. Textor. XII, 49. seqq.

III. Quale pœnarum sit *subjectum activum*, vel quis punire debeat, non minus ac *passivum*, vel quis puniendus sit, jure etiam *natura* satis est determinatum, ita quidem, ut hoc sint *delinquentes*, illud *superiores*, sumto vocabulo, non in *sensu figurato*, uti Grotius g) putat, ac si is, qui *male egit*, eo ipso se quovis alio cui nihil simile objici possit, *inferiorem* censetur fecisse; sed *proprio*, ut denotet *imperium in delinquentem*, verum & efficax; quare pœna non infligitur, nisi à *summa potestate civili*, aut ab iis, quibus hoc *mandat summa*

illa

illa potestas, vel *Magistratus* jure, vel alio *delegationis* genere. h)

g) n. 3. § 9. ac Hugo du Roy *L. E. tit. 6. n. 3. quod præter Commentatores, impugnavit Tabor Armament. Justin. c. de abus. armor. in def. bou. §. §. I. ad 6.*

h) egregie hoc demonstravit Pufend, *IX, 3, 7.*

IV. Circa finem pœnarum ita philosophatur *Grotius*, ac *solæ utilitates*, quas finis iste sibi proponit, *rectam* faciant pœnam. Cum illius *causa formalis* ante omnia debuisset attendi, quæ in eo consistit, quod sit *hæc* seu *vindicta* quædam, *retributionem meriti* continens, quæ scelus seu delictum commissum ita respiciat, ut eâ velut *expietur* ac *purgetur*. i) Sequitur hinc *Seneca* illud: *nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur*, absolute verum non esse. k) Sicut nec hoc, quasi *Deus cum impium punit, non alio fine hoc faceret, quam, ut puniret*, l) quanquam enim alias inter jus puniendi *DEI* ac *hominum* ingens satis sit differentia, in eo tamen conveniunt, quod utrinque pœna sumatur, ut *justitia læsa satisfiat*, cum hoc ad *communem pœnarum naturam* requiratur: in *humanis* vero *pœnis*, præterea *externus* aliquis *finis*, quia ad conservationem ac bonum aliquod societatis civilis dirigitur, intendi utique potest debetque, cui, sicut *alisonem* meram, hoc est, appetitum satiendi iram suam dolore alterius, qua dolor est, repugnare, recte *Grotius* m) ostendit, ita nescio, an partitione *Tauri Philosophi* sic emendaverit, n) ut *ulteriori supplemento* non sit opus. Accuratius enim eo modo distinxeris, ut dicas, pœnas; respicere seu finem, vel *utilitatem publicam*, vel *privatam*; de publica nihil tradit *Grotius*, primario autem pertinet ad *satisfactionem justitiæ*, quæ obtinetur, si obligatio quam delinquens transgrediendo legem contraxit, dissolvatur; deinde ne læsi ad *privatam vindictam* proruant, maximo autoritatis

vindictam prouant , maximo autoritatis Imperantium contemptu, ipsiusque Reipublicæ detrimento. o] Privata refertur, vel ad *ipsos delinquentes*, curando ne denuo delinquant, per *emendationem*: p) vel refertur *ad alios*, & quidem, aut ad *læsos* vel eos tantum, *quorum intererat* non peccatum esse, quod in eo consistit, ne post hoc tale quid patiantur ipsi, siue ab eodem, siue ab aliis; aut refertur indistincte ad *quoslibet*, etiam non læsos: Ne, qui læsi sunt, *ab eodem* malum patiantur, *tribus modis* curari potest, primum *si tollatur*, qui deliquit, deinde si *vires nocendi* ei adimantur, postremo si malo suo *dedoceatur delinquere*; ne *ab aliis* lædantur, punitione conspicua, quæ ad *exemplum* referatur, iudices consequuntur. q) id quod similibus prorsus rationibus obtinetur etiam respectu non læsorum cæterorum *quorumlibet*, tum *ne ledantur*, tum *ne ledant*. r) Atque hæc omnia, quæ *jure naturali* circa punitionem delictorum sunt definita, *jure novi Testamenti* vix arctius *circumscripita*, s) certe nequaquam penitus *sublata* dici possunt. t) *Decere* interim, ut in istis punitionibus executionibusque, quibus humanus sanguis funditur, magna ubique *circumspectione* res geratur, *Grotio* u) facile largimur, cujus definitione x) acquiescere etiam possunt, qui, an *leges humana*, quæ *interfectionem* quorundam hominum *permittunt*, interfecto-ribus *jus verum* præstent etiam apud Deum, an tantum inter homines *impunitatem*, alias solebant disquirere.

i] quod explicat præclare Seldenus I. 4. p. 51.

k] quod incautiùs præter Grotium n. 4. assumerunt Hobbes III, 11. & Velthuf. nominato loco. Loquuntur vero ista & Platonis & Senecæ dicta, de Magistratus vitioso proposito, ne sola nocendi libidine ad puniendum accedat, quare obligationi ad poenam, ex inter-næ justitiæ ratione, desumendam, inualide opponuntur.

l] quod

- l] *quod iterum Grotius ac Velthufius afferunt. Loca ex sacris literis adducta, quibus irrideri impios à Deo, item voluptatem capere Deus ex ipsorum malo dicitur, non propria, sed metonymice intelligenda sunt, pro solatii negatione. Illud quoque summum dominii jus, quale Deo in homines b. n. 4 ac II, 21, 14 III, 4, 9. III, 11, 9. alibique, tribuit Grotius. sic debet explicari, ne iustitiæ divina refragetur. Conf. Ziegl. ac Otiander ad n. 4.*
- m] n. 5. n] *quod fecisse vult n. 6. seqq.*
- o] *Vid. Dissertatio Bœcleriana §. 21. add. l. 51. §. 2. π. ad L. Aquil. l. 14. C. de pœn. l. 2. π. de legib. l. 176. de R. 7. l. 14. C. de Iudeis.*
- p] *de qua Grot. n. 7. quanquam male hanc cuivis, qui iudicio valeat, & paribus vitis non teneatur, naturaliter permissam velit, recte propterea confutatus à Commentatoribus, & Pufendorfio II. X. 3. 10. num. 1. qua verbis sit correctio, pœna proprie non est, sed consilium & admonitionem, si ab æquali, sin à superiore, pœna secutura comminationem, denotat. 2. vires iudicii & immunitas à vitis tribuunt aptitudinem solam, non jus, quod sine alterius consensu non nascitur; & unde 3. alter aptitudinem suam mihi probabit? neque enim simpliciter ipsi credere cogor. Imo licet 4. hæc omnia naturaliter permissa essent, tamen non nisi de licentia absoluta procedent, hic vero de relativa sermo est, quatenus in alterum competit, ad quam ex una parte superioritas, ex altera subjectio requiritur. Quod deniq; 5. leges parentibus & dominis in servos concesserunt, ex eo non nisi instrumentalis causæ rationem habent, vid. l. un. C. de emend. propinq.*
- q] *de his Grot. n. 8. qui in eo iterum aberrat, quod jus naturæ à divina lege ita abducit, quasi illo vindicta privata singulis permissa, hæc autem adempta esset, utroque enim iure soli Majestati gladius iustitiæ vindicatur, privatis nunquam, nisi istius concessione, usurpandus, exempla quibus Grotius assertionem suam tueri cupit, vel non quadrant eo, quo ille vult, vel id quod meri facti, non iuris est, indicant. Conf. Pufendorf. n. 11.*
- r] *Vid. Grot. num. 9. cui, quando hoc quoque jus naturaliter penes unumquemque esse, opinatur, ex iam dictis satisfieri debet. add. Pufendorf. n. 12.*

s] quod

- s] quod Grotius n. 19. certis casibus velle videtur, eum verò Zieglerus ac Osiander confutarunt.
- t] quod statuerunt Anabaptistæ, quorum argumentis Grot. n. 11. 12. quanquam haud recte per omnia, respondet. Idem dicendum est de Velthufio, qui sapius nominato libro, atq; etiam Dissertatione de Princip. Just. & decor. p. 1007. seqq. eam operam sumsit. Cordatus incesse Gerhardus noster Loco de Magistratu politico.
- u] qui n. 14. 15. 16. speciminibus quibusdam ostendere voluit. quamquam illa ipsa accurate loquendo vix huc possint pertinere.
- x] n. 17. add. 11, 1, 14. & qua illic diximus.

V. Objectum pœnarum sunt delicta, quanquam verò, omnes actus vitiosi sint punibiles in se, eoque juræ naturæ pœnam merentur, non tamen omnes ita comparati sunt, ut puniri actu semper ab hominibus possint, hinc actus mere interni, quia extrinsecus non probari, nec puniri possunt, nisi quatenus in externum aliquem conatum influxerunt: y) An idem dicendum sit de actibus, quales natura humana inevitabiles appellat Grotius, z) & de his, qui nec directe nec indirecte spectant ad societatem humanam, aut ad hominem alterum, valde dubito, cum revera tales dari nondum sit ostensum. Id vero expeditum est, multa vitia moralia, quæ actus continent oppositos virtutibus, quarum natura coactionem omnem repudiat, uti sunt misericordia, liberalitas, gratiæ relatio, cum pœnam definitam plerumque non habeant, impunita etiam inter homines manere, a) posse tamen pœnam iis per leges constitui, negari non debet. b)

- y] Grot. n. 18. add. 11, 4, 3. 11, 6, 1. 11, 2, 2. de nuda cogitatione, l. 18. de pœnis. de conatu l. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj. add. Pufend. n. 14. & Taboris Dissertationes de conatu.
- z] n. 19. ubi addit, dubitari posse, an recte & proprie peccata dicantur. nisi quatenus culpam præcedentem involvant. ita & Velthufius de Princip. Just. & decor. pag. 1002. habuit malos

mora-

morales, quatenus habitus, nec peccata esse, nec poena dignos, statuit, sed solum actus, quibus comparantur, vel qui inde exercentur. Sed Conf. qua heic Commentatores & Pufendor-
fius reposuerunt.

a) de quibus Grot. n. 20, b) exempla vid. ap. Fransk. II. Resol. 7.
& Bœclerum Dissertatione, de actione ingrati.

VI. An ignoscere aut veniam dare delinquentibus liceat interdum, inter Philosophos Veteres jam fuit discipratum: b) potest id duplici modo intelligi, vel ut penitus tollatur, vel ut saltim minuatur poena, prius dispensationem, alterum mitigationem continet. Nisi poena natura sit irrelaxabilis, c) omnino dispensare summa potestas potest, non solum ante, d) sed & postea quam certa & determinata poena crimini, per legem, quæ hinc etiam penalis dicitur, est assignata, e) sed facile non debet, nisi sufficientes adsint causa aliquem liberandi, quas minus commode Vasquius, f) ad eum solum casum restrinxit, quem legislator, si de eo consultus fuisset, ipse excepisset, rectius eas Grotius duum generum fecit, g) intrinsecas; quæ oriuntur vel ex merito quodam ipsius delinquentis, aut ejus majorum, vel ex aliare commendante, qualis intercessio magnatum, liberorum respectus, excellentia artis, & similia plura, de quibus specialius Juri Criminalium rerum scriptores, agunt: eadem ratione de mitigatione poenarum h) respondendum est. Quod ut plenius intelligatur, quo modo illarum taxatio sive aestimatio sit instituenda omnino scire convenit, nam in hoc maxima prudentiæ juridicæ pars consistit, ut quantitas criminis puniendi probe dignoscatur, quæ breviter loquendo, tum ex animo delinquentis, tum ex circumstantiis & modis seu adjunctiis qualitatibus delicti, colligenda est; sed accuratius Grotius i) partitur, debere nimirum spectari duo, id ob quod, & cuius ergo puniatur, illud continet meritum, hoc militates ex poena

pœna, seu *fines*, de quibus egimus. *Vltra meritum* neminem esse puniendum, sed *intra meriti modum* magis aut minus puniri pro utilitate. In *merito* autem *examinando*, venire *causam*, quæ *impulit* ad delinquendum, *causam* quæ *retrahere* debuisset & *persona idoneitatem* ad utrumque, unde pro diversâ rerum conditione etiam diversimode delictum, eique convenientem pœnam iudicem oportere æstimare, sicut ea omnia clare satis *exposuit*, debitisque exemplis *illustravit*, k] ac denique *conciliavit* cum aliorum traditis. l]

b] *de pœnis remittendis aut temperandis singulares libros scripserunt* Andreas Tiraquellus, & Valentinus Arithmæus, præclare etiam tractarunt P. Cassandus *Philosoph. Epicur. part. Moral. p. 1514.* & Pufendorf. *II. 3. 15. 16. 17.*

c] *qualem dari* Grot. n. 23. *recte concedit*, & *amplius libello de satisfactione Christi, contra Socinum, c. 3. demonstrat.*

d] *superflua forte hic est censura* Ziegleri & Osiandri, *quasi ante legem pœnalem nec delictum nec pœna esse possit, nam ius natura, quod in genere actum vitiosum pœna subicit, quatenus delicta punienda dicitur, pœnalis nequaquam est; sed lex solum positiva ea, qua qualitatem pœna determinat, antequam delictum dari & pœnam quis negabit? extat de lege pœnali liber Martini Navarii sine superioris seculi Lugduni editus.*

e] Grot. n. 21. 22. 24. f] *Contr. lib. 1. 46. propterea* Grot. n. 23. *confutatus, quod dispensationem cum interpretatione per Theinon confundat.*

g] Grot. n. 25. 26. h] Grot. n. 36. *add. Lips. Pol. II. 13. 7.*

i] *num. 28. seqq. add. Pufendorf. II. 3. 18. seqq. & Velthufius tract. de Just. div. & hum. part. II. p. 11. & 66. nec et Dissert. de Princip. Just. & decor. p. 1005. seqq.*

k] *annum. 29. ad n. 36. l] n. 37.*

VII. Postquam in genere de pœnis egerat, etiam ad bella, pœnæ nomine suscipienda, tractationem suam applicat *Grotius*, m] cui quanquam alii assentiantur, mihi tamen verior illorum videtur sententia, qui *bellum pœnale*,
pro-

proprie loquendo, nullum dari, asserunt. o) Netamen inutilis prorsus reddatur ea Grotii philosophia, in locum belli pœnalis, substitui potest *bellum vindicativum*, pœnæ enim non nisi inter superiorem & inferiorem, vindictæ autem etiam inter æquales, summas potestates, locus est:

m] num. 38. n] Feldenus *h. l. Clafenius Pol. III. 6. 7.* o] *præter Commentatores, Bœclerum ad 2. Grot. p. 4. & Zieglerum h. l. 7. Cens excellentissimus D. Grashofius, quem honoris causa appello, libello eruditissimo, de fonte juris. p. 9. 10. Equidem reperuntur loca apud Historicos, quibus populi liberi, alter ab altero quandoq;, ob illatas injurias, dicuntur pœnas exposcere, sed figuratum est, si de bello loquantur, aut de ordine judiciorum debent intelligi, quatenus exteris jus dicitur.*

VIII. Cæterum sicut in Republica tanta accuratio obtineri non potest, ut in civibus qualiacunq; delicta omnia semper puniantur, ita nec inter gentes diversas ubique vindicari solent; *minora enim & vulgaria* potius dissimulantur. p) id quod & deinceps dicendum, nisi aut *res gravis* appareat, aut jam *comatus* aliquis eo processerit, ut ex tali actu *certum malum*, etsi nondum illud quod intendebatur, secutum sit. q) Possunt vero Reges & qui par Regibus jus obtinent, vindicare ea delicta, quibus *jus nature aut gentium immaniter violatur*, etiam ubi exinde *injuria non in se aut subditos suos*, sed in *personas quasvis* redundat. r) quanquam omnino observari heic debeant *cautiones* à Grotio propositæ; nè *mores civiles*, quamvis inter multos populos non sine ratione recepti, sumantur pro *jure nature*: s) aut *natura vetitis* annumerentur, quæ lege DEI voluntaria interdicta: t) ac denique, ut diligenter fecernamus *principia juris naturalis generalia* aut his proxima, ab *illationibus* remotioribus, u) de his quæ prioribus regulis adversantur, delictis, id quo dictum est, intelligi debet, non quæ posterioribus. Quanquam & de istis in uni-

versum verum sit, pleraque quæ ad *vindictam* exigendam suscipiuntur bella, *suspecta esse injustitia*, nisi *sceler a sunt atrocissima & manifestissima*, aut alia simul aliqua *causa concurrat*, quæ ad alius gentis læsionem, vel simile quid pertineat.

p] Grot. n. 38. q] Grot. n. 39. add. Bodin. de Rep. IV. 7. & Ziegler. b. p. 464. r] Grot. n. 40. s] n. 41. t] n. 42. u] n. 43.

IX. De delictis, quæ in Deum immediate committuntur, qualia sunt quæ *religionem* tollunt aut violant, nobilis est quaestio, an ad ea vindicanda, bellum suscipi possit? Equidem religionem, quanquam *per se* ad conciliandam DEI gratiam valet, habere tamen & suos in *societate humana* effectus maximos, qui non tantum in *una civitate* concludantur, sed & potissimum ad communem societatem *generis humani* pertineant, recte Grotius statuit, qui in eo quoque satis defendi potest, quod summis potestatibus, dixerit præter *peculiarem* suæ civitatis, etiam *generalem* aliquam, pro *societate humana*, incumbere *curam*, quæ non minus ad *religionem*, quam alias res humani juris, sese extendat. x) Nam in hunc sensum omnium optime forte explicatur, quando Philosophi & JCU veteres religionem erga Deum, *partem juris gentium* fecerunt, sed cum religio ipsa duplex vulgo dicatur, *naturalis* alia, quæ ex lumine rationis investigari potest, alia *revelata*, quæ non nisi sacrarum literarum fide nititur, etiam diversimode incedendum est. *Naturalis* illius *capita*, sive ad *notitiam* DEI, seu *cultum* pertinentia, an recte proposuerit distingueritque Grotius, an non, y] jam non disquiro, cum in rebus hujus argumenti ab eo vix aliquod magnum aut incorruptum sperari debere, satis constet, & initio Exercitationum jam admonitū sit; videtur tamen hæcenus excusari aut defendi posse, quod, sicut in bene constitutis *civitatibus*

tibus, ii, qui *notiones primas*, quæ ita *simpliciter necessaria*, ut sine earum vigore nulla societas aut religio consistere valeat, & adeo *manifesta* sunt, ut ab *ingenii* etiam *hebetioris* homine satis possint investigari, *toltere*, ac negatione præfracta defendere, contendunt, vi juris circa sacra *puniri* possunt, ita & si qua *gens*, idem ageret, nomine societatis humanæ, quam sine ratione violat, quando, vi juris gentium *coërcetur* ab aliis, injuriam non patitur; secus, in *nationibus*, quæ vel ita *evidentes* non sunt, ut non educatione aut alia imbecillitate, quodammodo ab hominibus condonandâ, possint obliterari, aut non *tam necessaria* absolute, ut sine iis *aliqua* saltem *religio* ac humana *con sociatio* esse ac durare possit. 2)

x) de quibus v. Grot. n. 44. qui & alias hanc juris partem, libro posthumo, de officio summorum præstatum circa sacra, & antea, in pietate Hollandica, qua nunc cum additionibus Boggermanni ætat, prælixius excoluit. Idemq; præstitit Theologorum, & Civium, ac Politicorum plures, qui contra pontificias prætensiones imperio civili eam facultatem vindicaverunt, quarum scripta vasto opere, sub titulo, Monarchia S. R. Imperii edita, collegit Melchior Goldastus.

y) reprehendunt propter ea Grotium, Commentatores, Zieglerus ac Osiander. Defendit eundem Textor, Synops. Jur. Gent. c. 6. n. 6. seqq. 2] Vid. Grot. n. 46. 47.

X. Minorem difficultatem habent, quæ circa *revelatam* religionem Grotius tradidit, sicut enim in universum vis & arma idonea media non sunt propagandæ religioni, ita nec bellum inferri potest populis aliquibus eam ob causam, quod illi *Christianam fidem* sibi propositam *amplecti nolunt*. a) Et quoniam in disciplina Christiana, per se considerata, nihil est, quod societati humanæ noceat, imo nihil quod non profit, b) haud dubie contra ipsam rationem faciunt, qui *Christianismum docentes* aut *profes-*

sentēs, hanc ob causam solam, pœnis subdunt, aut vindictæ exponunt, quin in tales qui *serviunt*, ipsi in ea causa sunt, ut iuste *coerceri* possint. c) In alias vero *Christiana religionis sectas*, sive in eos, qui Christi doctrinam, sacris literis comprehensam, pro vera habent, sed de quibusdam, quæ aut extra scripturam sunt, aut in scriptura, super vero sensu in disceptationem abierunt, & ab antiquis Christianis non eundem in modum sunt exposita, *dubitant* aut *errant*, suppliciis aut bello qui grassantur, perini- que faciunt. d) Iustus illi coërcentur, qui in eos, quos Deos, aut in res, quas religiosas putant, irreverentes sunt ac irreligiosi.

a) *Vid.* Grot. n. 48. de quo argumento *peculiares libri* extant, Joachimi Clutenii, Justi Meyeri, Adami Pifszkii, *add.* Gerhard. de *Ad. Pot.* n. 314. Carpzov. *Pr. Crim.* p. 1. q. 44. Clafen. de *relig. Pot.* L. 1.

b) *quod ex proposito demonstravit* Augustinus, opere nunquam satis laudato, de *civitate DEI*, ac ex aliis amplius cognoscitur, qui de *veritate religionis Christianæ* commentati sunt, in quibus nomina Hugonis Grotii, Ludovici Vivis, Philippi Mornæi, Remundi Sebundi, Petri Rami, si errares aliquos excipias, excellent.

c) *Vid.* Grot. n. 49. d) Grot. n. 50. Dissentiunt hic plerique Pontificii Doctores, qui pro *Inquisitione*, & *Hæreticorum extirpatione* scripserunt, Robertus Arboricensis, Jo. Baptista Cardona, Didacus Simanca, Paulus Garzia, Ludovicus de Paramo, aliique plures, quibus à Nostris satis est responsum.

e) Grot. num. 51.

1.

Ad Lib. II
Cap. XXI.

AN pœna seu vindicta in alios etiam, per *communicationem* aliquam, *derivari* possit, sæpius disquiritur, quod duplici modo potest intelligi, ut vel transeat in illos qui culpæ ac criminis se fecerunt *participes*, vel in eos, qui *non sunt participes*. De prioribus, nullum est dubium, in quos non tam ex *alieno delicto derivatur*, quam ex *pro-*

prio

pria merito, obligatio ad pœnam, *contrahitur*, & quidem *generatim* omnibus istis modis in *delicti* partem quis venit, quo in *damni* dati, a) *sed in specie* ex facto *singulorum* teneri potest *communitas*, seu *Rectores* ac *Imperantes*, si horum accesserit *patientia* aut *receptus*, quibus in crimen illorum veniunt: ac *patientia* quidem ita, si *sciunt* à subditis suis delinqui, nec tamen *prohibent*, cum *possint* ac *debeant*; b) sciri autem facile est ut *præsumantur*, quæ *conspicua* sunt, quæ *frequentia*. *Receptu* verò, quoties in suâ civitate tolerant qui alibi deliquerunt; ubi, si reatu se exsolvere volunt, *alterutrum* facere debent, ut *interpellati nocentem* aut pro merito *puniant*, aut *poscentibus dedant*; c) nisi quod, ubi quis *casu* aut *infortunio* quodam deliquit, & ad *asyla*, qualium exempla apud omnes fere populos extabant, d) confugit, ad eos *deditio* extendi nequeat; e) tenetur tamen, qui *asylum* præbet, *jus alteri* concedere, atque *interim* dum de causâ *justitia* cognoscitur, *supplices* defenduntur. f)

a) *Vid.* Grot. h. c. 21. n. 1. § II. 17. 6. *ubi modi participandi partitum explicantur.*

b) Grot. n. 2. *exemplis illustrat.* prolixius Alber. Gentil. de J. B. l. 21. Profend. l. X. 3. 28. *de fundamentis generalioribus* *vidi* Jac. Gothofred. ad l. 109. de R. l.

c) Grot. n. 3. 4. *de ritu deditiois* *vid.* Livius IX. 10. *an quis modi deditus, sed non receptus, suâ civitatis civis maneat, quaestio est*, negat Scævola in l. ult. de legat. quem sequitur Gœdd. ad l. 102. n. 1. de V. S. § Alb. Gentil. III. 17 p. 628. *asserunt Brutus & Cicero quòs Grotius h. l. sectatur. Mibi videtur voluntatis esse quaestio, an civitas simpliciter ejecerit, an solum alterius executioni potestatem facere voluerit. Illo casu prior, hoc, posterioræ sententia vera est.*

d) *de asyllis Hebræorum* *Vid.* Selden. IV. 2. Nicol. Anton. de Jur. Exil. l. 6. 10. Græcorum, Sam. Petit. *Comm. ad L. L. Attic. s. 13. Serv. ad 8. & Enoid.* Romanorum; Tacit. *Annal.* III. 60. seqq.

60. seqq. *Ill.* 36. *IV.* 14. *Et nostri Interpretes ad l. C. de his qui ad Ecclos. Veterum Francorum, varia mandata regia, apud Goldast. Const. T. 1. p. 11. Et 14. add. T. 3. Aleman. f. 143. Germanorum etiam recentiorum, Mager. de advoc. arm. c. 15. n. 95. Anglorum, apud Baton. Verulamium in Henrico VII. Et Cambdenum Elisabethâ. sed videndi sunt, qui peculiâres commentarios de Asylis eorumq; iure, scripserunt, Georgius Rittershusius, Nicolaus Mylerus; Petrus Sarpus, Leobfridus, meminiq; talis libri, a se facti, Paganinus Gaudencius L. 2. c. 11. extant quoque Jo. Adami Osiandri Dissertationes.*

e) Grot. n. 5. add. Mager. c. 8. Et Myler. c. 10.

f) Grot. n. 6. add. Rittersh. c. 7. n. 2. Myler. c. 11. 12.

II. Vicissim ex facto Imperantium teneri possunt subditi, si in crimen consenserint, aut si quid fecerint summæ potestatis imperio aut suâsu, quod facere sine facinore non poterant, quanquam culpa pertineat tantum ad eos qui consenserunt diserte, non qui aliorum sententiis, victi sunt. g) Sed si universitas deliquit, quamdiu jus eam puniendi duret, nobilis est quaestio, quam recte Grotius definit, utut in aliis obligationibus, quæ primo ad universitatem pertinent, tam diu alteri jus manet, quam diu durat universitas, heic tamen aliter dicendum, quia meritum poenæ ab universitate contrahitur non immediate & Per se, sed derivatione à singulis, igitur extinctis his, per quos ad universitatem meritum deducebatur, ipsum quoque meritum extinguatur, ac proinde & poenæ debitum. h]

g) Grot. n. 7. Pufendorf. Elem. L. 12. 28. Et de J. N. G. *II*X. 3. 28. Bodin. de Rep. *III.* 7. p. 527.

h) Grot. num 8. Pufendorf. *II*X. 3. 29.

III. Sed an transibit poena etiam in illos, qui delicti non sunt participes? heic nimium faceti & absurdi etiam sunt vulgares Doctores, sicut apparet ex interpretationibus, quibus in crimine læsæ majestatis, famosam istam Legem

Quis-

Quisquis, misere torquent. Erudite *Grotius* primum distinguit, *damnum directe* datum, quo cuiquam aufertur ad quod *jus proprium* habet, ab eo, quod *per consequentiam* venit, quo fit, ut quis non habeat, quod habiturus alioqui fuisset, *cessante* scilicet *condicione*, sine quâ *jus* non habebat. Prius *pœnam ipsam* continet, posterius *effectum pœnæ* involvit. l] Deinde notat, interdum imponi alicui aliquid mali aut boni aliquid auferri, *occasione* quidem *alterius peccati*, sed non ut id peccatum *causa* sit *proxima* ejus actionis, quod *jus ipsum* agendi attinet, verum sua cujusque spontanea *promissio*, ut, si quis pro delinquente fidejussit. k] Quibus præmissis recte infert, omnino certissimam nullique exceptioni obnoxiam esse, regulam, *neminem delicti immunem*, ob *alienum delictum* posse puniri, quæ, sicut ipso *recta rationis dictamine* nititur, cum obligatio ad pœnam oriatur ex *merito*, meritum autem est aliquid personale, cujus fundamentum sua cujusque *voluntas propria*, quæ nisi ex motu intrinseco vitium contrahere non potest, l] ita *legibus* non minus *divinis*, m] quam *humanis*, n] saniorum populorum, idem prorsus constitutum, & *testimoniis* o] *sapientum*, tum gentilium, tum Christianorum, dudum confirmatum est.

i] Grot. n. 10. Pufendorf. n. 31. k] Grot. n. 11. pufend. n. 32. add. l. 9. 2. V. 11. 12. l] Grot. n. 12. Pufend. n. 33. m] Deut. XXIV. 15. Ezech. XLIX. 20. II. Paralip. XXV. 4. n] Romanis l. 26. π. de pœn. l. 22. C. eod. add. l. 17. §. 1. de iur. patron. l. 2. C. ne fil. pro patr. l. 7. pr. de bon. damn. Pontificii can. 6. caus. 1. q. 4.

o] *qua collegit* Grot., n. 13. add. Dissertatio, *quam supra nominavimus, de jure circa cadavera punitorum.* c. 3. §. 5.

IV. Sequitur hinc, *filios ob delicta parentum*, salva justitiâ, *verâ*, ac in ipsis filiis immediate radicatâ, *pœnâ*, puniri non posse, neque his obstat *lex Hebræa*, quâ Deus paternam impietatem in posteros se vindicaturum minatur; p] multo minus *cognati* poterunt plecti, ob *propinquorum* facinora; q] si quid tamen habeant, aut

expectari possint nocentum liberi aut cognati, in quod *ius proprium* sit non ipsis, sed populo aut Regi, id auferri ipsis potest, iure quodam dominii, cuius tamen *usum* simul in *pœnam* redundet eorum qui peccaverunt. r] Hinc nec *subditi* proprie puniri possunt ob Regis delictum, s) nec *singuli*, qui non *conserunt*, ob delictum *universalitatis*; r] nec *heredes* ad pœnam, cui defunctus obstringebatur, *quæ pœna* est, tenentur, u) quanquam si *ultra meritum*, nova quædam causa obligationis extiterit, utpote iure Romano, per litis contestationem, *contractus*, id quod in pœna erat, si pecunia est, hæredes debebunt, ut alia quæ in conventionem deducta sunt. x]

p) Exod. XX. 5. *exiimat* Grotius, Deum id facere, non pœnæ, sed Domini iure, quod ut in res nostras, ita & vitam, habeat plenissimum, ideoq; sine ulla causa & quovis tempore, eam cuius auferre, quando vult, posse. Quæ in re, sicut recte eum confutarunt, Zieglerus p. 491. ac Osiander p. 1202. quod hoc dominii jus non possit separari à iustitia Dei, cui utique tale quid repugnat, vid. Sapient. XII. 15. ita nescio, annon, quod illi in causis iustitiæ alium exemplorum inquirant, *super vacuum* sit: nam cum certum sit, talem actum DEI punientis esse iustum, rectius hic illud Augustini V. de Civ. Dei. 21. *usurpamus*, hæc plane Deus agit, etsi occultis causis, nunquid iniustus? & quia *expressè* Deus dicit, se punire delicta parentum in liberis, si allegantur nunc delicta ipsorum filiorum, punientur ob sui crimina: si aliquid dicendum, forte distingui potest, inter pœnam veram & apparentem, Deus punit filios temporalis vita, ut ab aeterno supplicio, cui alias, si paterna facinora sequerentur, obnoxii redderentur, salvet, at vero illa temporalis pœna, respectu aeterna, propriis non est pœna, actus tamen iste in veram parentum pœnam redundat, quatenus posteritatem nullam sperandam habent.

q) Grot. n. 15. r) Grot. n. 16. ex his fundamentis L. Quisquis C. ad L. Jul. Maj. explicari debet, ac defendi. ea ratione, sicut per partes ostendit Discretio de Iur. circ. cada. v. pun. c. 3. §. 6. 7.

s) Grot. n. 17. add. 1. 3. 8. fin. ad eas, quæ D. Osiander p. 1214. inquisivit, causas punitionis populi, responderi debet, quod modo de liberis respondimus.

t) Grot. n. 18. u) Grot. n. 19. add. II. 14. 10. III. 2. 1. x) Grot. n. 20. hinc iure Romano, ut ut regulariter actio pœnalis non transeat ad heredem §. 1. j. de perpet. & temp. act. transit tamen, si post litem contestatam, moriatur reus. l. 35. de O. & A. quis accepto iudicio contrahitur. l. 3. §. 11. de pecul. & per litis contestationem prior obligatio novatur l. 11. §. 1. l. 29. de novat. l. 3. C. de usur. rei jud. Hinc ex sententia oritur iudicati obligatio d. l. 3. §. 11. de pecul. ex qua competit actio iudicati, quæ rei persecutionem continet l. 6. §. ult. de re jud. Quare sicut ex alio contractibus defuncti, ita ex hoc etiam tenentur hæres. quantum non nisi per fictionem iuris civilis hoc introductum sit, cum non adsit verus contractus, ratione suorum principiorum, sed effectus tantummodo contractus, litis contestationi attribuitur, unde nec ad qualescunque, sed solum pecuniarias pœnas pertinet.

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO X.

Respondente

J. F. Strümer/HAFNIENSI.

I.

Vidimus hæcenus ex quibus causis *juste* bellum gera- Ad. Lib. II. Cap. XXII.
tur, sæpius tamen à belligerantibus afferuntur, quæ
aut nudi *prætextus*, aut causæ, magis *suasoria* sunt, quam
justifica. Reperiuntur etiam qui *neutro* causarum genere
feruntur in bella, periculorum propter ipsa avidi, quorum
bella *ferina* haberi debent, cum humanum modum ex-
cedant. a) Qui *suasorias* solas habent, *sine justificis*, rectius
prædones quam milites, eorumque contentiones potius
magna lætrocinia, quam bella, dici possunt. b) Inter istas
autem, quæ pro justificis venditantur, multæ *apparenter*
tales sunt, expensæque sollicitius ad rectam rationem, re-
periuntur *injustæ*, quales utut ex oppositis justis causis, de
quibus dictum est, facile cognosci possint, majoris ta-
men perspicuitatis causa, *summa* earum genera Grotius
annotavit. c)

a) Grot. n. 1. 2. b) Grot. n. 3. c) Grot. n. 4.

II. Et quidem *ab initio* injustæ sunt: *Metus ex crescense*
vicini potentia, nisi certitudine morali constet, non solum
de *potentia* ipsa, sed & nocendi *animo*. d) Item *sola utilitas*
citra necessitatem, utpote *negatum matrimonium*, in laxa
tæminarum copia; e) *cupiditas melioris sedis*. f) Ejusdem
æstimationis habentur, *inventio rerum* ab aliis occupata-
rum, etsi illi, qui teneant, sint *improbi*, ac de Deo male sen-
tientes. g) *Arrogatio dominii in populum barbarum*, nisi gra-
vissima peccata naturam aut societatem humanam per se
impugnantia concurrant. h) *Libertatis desiderium*, quasi
illa

illa naturaliter & semper quibusvis competat. i) *Voluntas regendi* alios, tanquam *naturaliter servos*, quibus hoc fieret, ad ipsorum bonum. k) *titulus universalis dominii in totum orbem*, l) quem aliqui *Imperatori Romano* m) tribuunt, alii *Ecclesie* vindicant. n) *Voluntas implendi vaticinia*, sine DEI mandato. o) *Violenta petitio* ejus, quod non ex *justitia* propria, sed ex *virtute* alia, puta liberalitate, gratia, misericordia & simili, *debetur*, id sicut in foro exigi non potest, ita nec armis posci. p) *Ex post facto* injustum fit bellum, si *vitium* actioni accedat ex animo agentis, ubi tamen *causa justifica* non deest, *peccat* quidem, qui sic bellum gerit, ad *restitutionem* vero non tenetur. q)

d) Grot. n. 5. § II. 1. 17. Pufend. II. 5. 6. II. 6. 5. add. Verulam. *serm. fidel.* 19. p. 91. Alber. Gentil. I. 14. Strauch. *Diff. Jur. Publ.* IX. 15.

e) Grot. n. 6. 7. *junct.* II. 2. 21. Alb. Gentil. I. 17.

f) Grot. n. 8. g) Grot. n. 9. *hoc titulo usi sunt Hispani contra Indos, sed confutati à Fr. Victoria Relect.* 5. Joseph. de Costa, *de Procur. Indor. salut.* I. 3. c. 3. add. Vasquius I. 20. Gerhard. *de M. Pol.* n. 410.

h) Grot. n. 10. *junct.* II. 20. 40. *hinc etiam Hispanicis bellis contra Indos, prasidia quarit* Alb. Gentil. I. 25. Lipf. *Pol.* V. 4. 17.

i) Grot. n. 11. *add.* II. 4. 14. Pufendorf, *Elem.* I. 3. 7. § de 7. N. G. III. 2. 8.

k) Grot. n. 12. *junct.* I. 3. 8. III. 7. 1. Pufendorf. III. 2. 8. *quamquam hoc defendere non dubitet* Feldenus b. p. 424. § ad II. 20. 41. p. 416. *superstitiosa philosophia Aristotelica studio, quam nos tamen etiam citra hanc assertionem salvabimus.*

l) Grot. n. 13. m) *prater Bartolum in l. hostes n. 7. de capt. quem hic Grot. perstringit*, P. de Andlo, L. 2. c. 8. Zoanettus, Clutenius, alii, quos confutat Bachov. *ad Trentl.* V. 1. D. 3. th. 7. l. c. *statuit tamen adhuc Feldenus ad Grot. II. 20. 48. aliqui Carolo V. tribuebant hinc jus occupandi Americam, quos Vasquius nominato*

minato loco refellit. *Quomodo autem intelligi debeat, quando Imperator dicitur mundi dominus, sicut explicarunt Jac. Gothofredus Commentatione ad L. dicitur c. 7. Jo. Strauch. Inst. Jur. publ. MSC. L. II. Tit. 2. pr. Herm. Conring. de Imp. Germ. Rom. c. 2. & Dissert. de Imp. R. Germ. §. 10. De umbilico orbis Vid. Selden. III. II. Argumentis vero Dantis amplius infringendis inserviunt, qua Berneggerus in Tuba Pacis, contra Scioppium, Campanellam aliosq. attulit. Quomodo plura ab Imperio Romano abscesserint, Conringius opere de finibus, & Vietor Dissertatione de Exemptione, docuerunt.*

n]quod præter Grotium b. n. 14. & de Mar. Liber. c. 3. & 6. plura confutarunt, quorum scripta in Monarchia S. R. Imperii, Melchioris Goldasti, reperiuntur.

o]Grot. n. 15. p]Grot. n. 16. junct. l. 1 §. 11. 20. 20. q]Grot. n. 17. Dissentit Zieglerus, sed forte responderi illi potest ex his, qua ad L. II. c. 17. annotavimus.

I.

Quoniam in moralibus, non ut in mathematicis, tantam certitudinem habere possumus, fit aliquando, Ad Lib. II. Cap. XXIII. ut causæ aliquæ, nec justæ, nec injustæ simpliciter, sed dubiæ appareant, ubi caute incedendum est, cum etiam si quid *justum* re ipsa, & ab eo tamen fiat, qui omnibus expensis *injustum* id esse existimat, actus omnino vitiosus habendus sit. a) Quare *examen* in rebus dubiis est instituendum, hinc & illinc petitis argumentis, vel *ex re ipsa*, qualia sunt, quæ è causis, effectis & adjunctis aliis desumuntur, vel *ex opinione prudentum*, utpote Consiliariorum. b) Quod si utrinque se ostendant *probabilia* fundamenta, in rebus quidem *mediocribus*, videtur vitio carere posse electio; in utramvis partem ceciderit, at in rebus *magni momenti* simpliciter pars tutior est eligenda, hinc cum maximæ momenti sit *bellum*, ut ex quo mala plurima etiam

etiam in innocentes sequi solent, ideo inter sententias alternantes vergendum ad pacem. c]

a] Grot. *num.* 1. 2. b] Grot. *n.* 3. 4. *add.* Lipsi. *Pol.* III. 2. *seqq.*

c] Grot. *n.* 5. 6.

II. Sunt autem *tres modi*, quibus vitari potest, ne controversiæ in bellum erumpant. *Primus est Colloquium*, aut inter ipsos Principes, aut per Legatos eorum instituendum, ad quod etiam obligamur, nisi intercesserit talis causa, ex qua legatus possit rejici. d] *alter est compromissum*, ubi electis utrinque arbitris, eorumque cognitioni res relinquitur, e] *quales autem sint eligendi, ex regulis prudentiæ* judicandum est, nam quæ Grotius de *Conventu* quodam *Christianarum potestatum*, tradit, ubi per eos quorum res non interest aliorum controversiæ definiantur, rationesque incantur cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant, voti magis sunt, quam consilii, siquidem certum est, vix reperiri, quorum non aliquid intersit, & cum nemo in populum liberum habere possit imperium sine ejus consensu, nulli regum jus erit, alterum ad pacem cogere. f] simile quid inter Germaniæ Principes referunt *Austrege*, g] sed tantis quoque *inconmodis* oneratur id institutum, ut finem suum, qui intendebatur, vix consequatur. h] *Tertius est fors*, i] & quod huic est affine, *certamen singulare*, cujus usus hæc in re olim passim erat receptus. k]

d] Grot. *n.* 7. Alber. *Gentil.* II. 1. Pufendorf. *IV.* 13. 3. *add.* *singularis* Bœcleri dissertatio, de *Colloquiis Principum*.

e] Grot. *n.* 8. de *Compromissis & arbitris extant libri* Camilli Borelli, Jo. Baptistæ Perusini, Lanfredi de Oriano, Conradi Lancellotti, Antonii Blanci, *aliorumq.* *Plura exempla pacis ac amicitia hoc modo facta, adduxit Grotius in notis ad h. l. § ad III. 20. 46. De officio ejusmodi arbitratorum Conf.* Pufendorf. *V.* 13. 4. f]

f) *Conf. Hobbes. l. 9. Pufend. V. 13. 2. Bœclerus Diff. Quies in turbis. 139. seqq. Obrecht. Sponsor. Pac. III. 2.*

g) *Vid. Schubardus peculiari Dissertatione. Reinking. l. 2. cl. 2. c. 16. P. Frider. Mind. Proc. l. 1. c. 16. n. 5. seqq.*

h) *de quibus Conring. de J. d. Reip. Germ. num. 61. 62.*

i) *Grot. n. 9. nec tamen mere fortunæ judicio, sed partium consensu hoc nititur. Vid. Grot. III. 20. 1. Pufendorf. V. 9. 2.*

k) *Grot. n. 10. de vetustate moris hujus, Scholiast. Sophoclis in Antigone. p. 225. paschal. l. 4. c. 1. de usurpatione Romanorum aliorumq. populorum, Freinshem. ad Flor. l. 3. 3. priſcorum Germanorum, Schedius de Dis Germ. c. 46. Francorum, Pontanus l. 6. Orig. Franc. p. 5. 20. Baluz. not. ad Agobard. p. 1204. Suecorum, Loccen antiqu. Suec. p. 66. Anglorum, Zouchæus de iur. tempor. secund. Consuet. Norman. p. 3. sect. 6. add. Bodin. de Rep. IV. 7.*

III. Plerumque neuter initium vult facere compositionis amicæ, quamquam vero uterque eam teneatur quærere, magis tamen tenetur, qui petiit, quam qui possidet. l) Si neuter possidet, aut ex æquo uterque, iniquus censendus est, qui oblatam rei controversæ *divisionem* repudiatur, ut recte *Grotius* observat, m) cuius philosophia, circa quæstionem, *an bellum utrinq. justum esse possit*, satis etiam accurata est, ut in ista definitione omnino possimus acquiescere, n)

l) *Grot. n. 11. m) Grot. n. 12. n) n. 13. add. Alber. Gentil. l. 6.*

Vaq. Contr. illustr. l. 9. 16. 17. Textor. XVII. 21.

1.

Sed & cum *jure* bellum suscipere possumus, non tamen statim aut oportet, aut semper etiam licet, cum multa sint, quæ nos ad vitandum bellum moveant, primum quidem est *dilectio*, quam inimicis etiam nostris debemus impendere, hinc aliquando res nostræ aut nobis *debita*, deserendæ potius, quam cum tanto aliorum incommodo prosequendæ sunt, a) multo magis *vindicta* omittenda est.

*Ad Lib. 11.
Cap. XXIV.*

est, b] præfertim ubi aut nos quoque nobis peccati alicujus sumus conscii, aut id quod in nos peccatum est, ab humana imbecillitate procedit, aut satis apparet, pœnitere eum qui nocuit. c)

a] Grot. n. 1. add. Lipsii Pol. L. V. c. 5. totum. b] Grot. n. 2. c) Grot. num. 3.

II. Abstrahere deinde nos debet etiam *cura nostri ac nostrorum*, quæ sæpius periclitabitur, quando satis expendimus vires nostras, vim fortunæ martemque communem, d) unde cum deliberatur, bellum faciendum an quiescendum sit, omnino observandæ sunt istæ regulæ: *Si res de qua agitur æqualem efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum, ita demum eligendum, si bonum aliquanto plus boni habeat, quam malum mali: Si videatur æquale esse bonum & malum, ita demum eam rem eligendam, si efficacia ad bonum, quam ad malum major sit: Si videatur bonum & malum esse inæquale, res eligenda est, si efficacia ad bonum major sit, ad efficaciam ad malum collata, quam ipsum malum, aut bonum sit majus comparatione mali, quam efficacia ad malum comparata ad bonum, sicut explicavit præclare satis, exemplisq; illustravit Grotius. e) Quare nunquam bellum suscipiendum in eum cui pares sunt vires, id enim *justitia rectoria* repugnat, quæ ex ipsa regiminis natura *superiorem* non minus ad *curam* pro inferioribus, quam *inferiores* ad obedientiam obligat, hinc est, quod ex sententia *Moralistarum*, Rex, qui ob causas leves, aut ad exigendam vindictam non necessariam, bellum suscipit, teneatur subditis ad reparationem damnorum, quæ inde oriuntur. f] Consequens hinc est, bellum nunquam suscipiendum, nisi tales sint circumstantiæ, ut id *omitti nec possit, nec debeat*; g) aut iste sit rerum status, ut à *jure*, & quidem quod momenti*

menti sit maximi, simul stent *vires*, quæ commodissimam occasionem & certissimum emolumentum polliceantur. h) Extra hæc, vel sola *generalis causa*, quod tam sæva res sit bellum, cumulumque secum trahat injuriarum & insolentia, hinc dimovere quem posset. i)

- d] Grot. n. 4. e] n. 5. 6. f] Grot. n. 7. g] Grot. n. 8. *add.* Forstner. *ad XV. Ann.* 1. h] Grot. n. 9. *Conf. argumenta Consultationis, an consilendum*, ap. Thuan. *L.* 104. *Lipf. Pol. V.* 16. 41. i] Grot. n. 10. *Lipf. Pol. V.* 5. 13. *seqq. de causis horum malorum. Vid. Ziegler. ad Proleg. p. 3. Forstner. II. Ann. Tacit. 21. p. 173.*

i.

Quibus ex *causis* bella, is qui *sui juris* est, pro se gerat, ex tractatione hætenus instituta apparuit, sequitur quomodo id pro aliis fieri possit. & justè quidem suscipitur pro *subditis*, quorum defensio Imperantibus injuncta est, non quidem *simpliciter*, sed si id *sine* omnium aut plurium cæterorum subditorum *incommodo* fieri potest. a) Unde si *civis unus*, quamvis *innocens*, ad exitium ab hoste poscatur, dubium non est, quin *deseri* possit, si constet, civitatem hostium viribus multo esse imparem, b) an verò etiam *tradi* in manus hostium possit, ut videretur imminens alioqui civitatis excidium, disputant eruditi, facilius dicitur, *teneri* civem talem se hostibus *tradere*, sed quid si detrectet, an ad hoc *cogi* poterit? ego, si *periculum* non imaginarium, sed *verum* sit, nec minus de *potestate* hostis, quam *voluntate*, quod mitiori nullo remedio deliniri queat, certo *constet*, quin hoc *jure eminentis dominii* fieri possit, cum Grotio asserere nullus dubito. c)

- a] Grot. n. 1. 2. b] Grot. n. 3. *Feldenus h. l.* Dissentiunt præter Vasquium etiam Zieglerus & Osiander. c] *Add.* Pufendorf. *Elem.* 1. 12. 45. *ut in opere Maj. IIX.* 2. 5. *videatur in aliam sententiam inclinare. add. proluxè Bæclerus Diss. de Dom. Emin. p. 95. seqq. diserte hinc dissentiant præter*

Vas-

Vasquium & Scotum, Commentatores, Feldenus, Zieglerus, Osiander. Nisi fallor, rationibus ab his adductis satisfieri potest, dummodo quaestionis status rectè observetur, quæ enim pro cive innocente dicuntur, comparanda sunt cum Republica innocente, unda concludetur, civem hunc absolute & simpliciter non posse deseri, posse tamen comparative, ubi aut ipsi, aut Reipublicæ pereundum est.

II. Juste quoque bellum geritur pro sociis, eo que tenemur, si in fidem aut tutelam nostram se dederunt isti, aut mutua auxilia pacti sint, d) excipiuntur tamen bella, quibus causa injusta subest, e) quid si nulla spes sit boni exitus? ego cum Zieglero, alterum ad auxilia nihilominus teneri, puto, nisi præsentissimum adsit periculum, de quo Grotii sententiam admitto. Sociis heic fere pares sunt amici, quibus quidem auxilium promissum non est, sed tamen amicitix quadam ratione debetur, si exhiberi possit facile & sine gravi incommodo. f) Idem dicendum de hominibus quibusvis, quorum naturalis conjunctio vel sola ad opem ferendam sufficit, g) hinc populus unus alterum ab injuria defendere potest; an vero etiam de alienis subditis procedat, ut ab iis arceatur Imperantis injuria, non immerito dubitatur, ordinarius casibus negandum censeo, asserendum tamen, ubi immanis est superioris servitia. h)

d) Grot. n. 4. Pufend. IIX, 6, 14. Lipf. Pol. V, 4. 8.

e) Grot. d. 1. & II, 15, 13. add. Alb. Gentil. III, 18. p. 635.

f) Grot. n. 5. Alb. Gentil. d. l. p. 648. g) Grot. n. 6. 7.

h) ita conciliari possunt Grotius. n. 8. affirmans, & Osiander ac Zieglerus negantes. Omnino autem notabilis est Wahrenmündi Eberenbergii & Christophori Besoldi, in hanc rem adornata observatio, ut in ejusmodi contentionibus, conciliari suis Imperantibus quarant subditi, aliorum Principum interventu, quorum sponse cavetur, ne conventa deinceps pœna aut eminentis domini irrumpti possint, exempla ex historia veteri apud Grotium l. 3. 16.

¶ 17. *fin. in notis*; ex recentiori, specimen huius cautionis habetur in pactis Monsonianis A. 1626. inter Hispanos & Gallos Telina factis, art. V. seqq. extant in Ministerio Card. Maz. pag. 182. add. Bodin. de Rep. V, 6. p. 605. Obrecht. Spons. Pac. c. 5. §. 3.

III. Procul autem dubio *injuste* faciunt, qui meliorum gnari, sine *omni causa respectu*, mercede se ad militandum conducunt ita patiuntur, ut ibi fas quærant, ubi plurima merces. i) sicut & illi, qui *propter stipendium* aut unice, aut principali intentione inserviunt. k)

i) Grot. num. 9. *add. qua de hodiernis militum conscriptionibus habentur ap. Lips. V, 8. 9. seqq.* Forstner. ad IV. Ann. Tac. p. 337.

k) Grot. num. 10.

I.

Bellum *Instrumentaliter* gerunt, qui positi sunt *in conditione parendi*, utpote filii familias, servi, subditi, etiam cives singuli. Ut hi *juste* militent, si *ad deliberationem publicam* adhibentur, aut libera ipsis *optio* datur militandi aut quiescendi, easdem regulas sequi debent, quas illi, qui suo *opte* arbitrio pro se aut aliis bella suscipiunt. a) Sin *edicitur*, ut militent, tum quidē, si *causa manifesto injusta* est, abstinere debent, b) idem dicendum, si, non leviori *persuasione*, sed *rationibus satis urgentibus*, *persuasi* sint, id quod imperatur *injustum esse*. c) Quid si *causa dubia*? Grotius putat eligendam *partem tutiorem*, quæ sit abstinere bello; d) mihi verior videtur eorum sententia, in re dubia *parendum esse superiori*, e) quod cum *cereum* sit, an autem *injustum bellum, incertum*, id utique huic, etiam tanquam *tutius*, præferendum erit. Quod si tamen *hesitent*, aut *conscientia* quidam *scrupulus* subest; qui non sufficienter eximi possit, non debent cogi ad militiam, sed *parcendum est*, sub onere *tributi extraordinarii*, unde aliorum opera in vicem istorum conducatur.

Ad Lib. II.
cap. XXVI.

Q 2

a) Grot.

- a] Grot. n. 1. 2. b] n. 3. Gerhard. de M. P. n. 398. c] Grot. d. l. Pufendorf. II. 1. 8. d] n. 4. sequiturq; Velthufius de Princip. Iust. & decor. p. 1000. seqq. e] quam probant ex Theologis, Gerhardus nominato loco, Hulfemannus Brev. c. 20. n. 14. Osiander h. l. ex 7 Cnis, Zieglerus & Feldenus in annotatis, Pufendorfius laudato loco, Burgerus Observation. Militar. Cent. I. observ. II. f] Grot. n. 5.

I.

Ad Lib. III.
Cap. I.

Postquam de personis, à quibus, & causis, ex quibus bellum geritur, egimus, etiam de terminis hujus juris, quantum in bello, & quibus modis liceat, videndum est. Quos Grotius considerat, prout vel nude, absque interveniente pactione quadam, ex solâ natura primum, ac deinde gentium lege, sese habent, vel quatenus antecedente promisso b) hostibus facto, definiti sunt. a) Quid jure natura mere liceat in hostes, partitim designare, prolixum nimis foret, generales tamen regulas tres Grotius proposuit, ex quibus, quæ huc pertinent, facile possunt dijudicari. Quarum prima hæc est; ea, quæ ad finem ducunt in morali materia, estimationem intrinsicam accipere ab ipso fine, quare quæ ad finem juris consequendi moraliter sunt necessaria, ad ea jus habere intelligimur: b) altera, jus nostrum non ex solo belli principio spectandum, sed & ex causis subnascentibus: c) novissima, ad jus agendi multa consequi indirecte & extra agentis propositum ad quæ per se jus non esset. d) Quousque vero in non-hostes, seu medios, quando res aliquas hostibus nostris subministrant, eadem licentia porrigatur, ex conditione & differentia rerum subvectorum recte satis à Grotio traditum est. e)

- a] de hoc Grotius egit, cap. 1. ubi de jure naturæ. de jure gentium vero Cap. II. usq; c. XIX. Ab hoc ad finem operis, de promisso. b] n. 2. add. II. 14. II. 7. 2. Hobbes. de Civ. I. 8. c] Grot. n. 3. Textor. c. XVIII. n. 6. d] n. 4. add. Velthuf. de Princip. Iust. & decor. p. 1001. & Textor. c. XVIII. n. 10.

e] n. 5.

e] n. 5; add. II. 17. 3; Alber. Gentil. II. 22. Jo. Strauch. de Imp. Mar. c. 8. n. 31

II. Quod *modum* agendi attinet, apertus per *vim* ac *terrorem*, maxime proprius est bellorum, *latens* tamen quandoque esse solet, per *dolum*, cui *Strategematis* nomen tribuitur, f) an id facere *jure* liceat, disquirunt, ut ut vero *asserens* sententia dudum obtinuerit, g) operæ tamen pretium esse existimavit Grotius, ut totum hunc locum, alias quoque usurpandum, curatius percoleret. h) Consistit itaque *dolus* alius in *actu negativo*, qui *dissimulatio* dicitur, ubi regimus & occultamus aliquid, idque *per se* illicitum non est; i) alius in *actu positivo*, quando extrinseco signo aliter, ac alter putat, utimur, id si in *rebus* consistit, *simulatio*, si in *verbis*, *mendacium* appellari solet, inter quæ ea est differentia, quod verba reperta sint, ad significandum, *cum mutua obligatione* inter colloquentes, *res* aliæ non item: k) hinc fit, ut per *simulationem* rebus pro arbitrio uti liceat, etiam si prævideamus, futurum, ut alter inde falsam concipiat opinionem, dummodo nullum hinc sequatur nocumentum, aut nocumentum ipsum, sepositâ doli consideratione, licitum sit. l) an vero idem de istis notis, quæ in commercio hominum versantur, hoc est *vocibus*, liceat, adeoque *mendacium* aliquando usurpare sine crimine permissum sit, gravior est disputatio, m) quam distinctione vocis, in *largiori* aut *strictiori* significato accipitur, ita componit Grotius, ut dicat, priori modo si accipitur mendacium, secundum communem sui naturam, quatenus *falsitatem significationis* talem denotat, ubi verba mentis conceptui vere, sive in intelligendo, sive in volendo, disconvenit, *per se* indifferens esse, ex *accedentibus* vero *circumstantiis* honestari, aut etiam turpe effici, n) sed posteriori modo, *naturaliter illicitum* esse, quatenus huic notioni

communi differentia aliqua propria adjicitur, quam *Grotius* recte in relatione ad alterum quælit, o) ac in repugnantia cum jure existente & manente ejus, ad quem sermo aut nota dirigitur, constituit; quale autem sit jus illud, non conveniunt, p) mihi *Grotii* sententia placet, consistere illud in libertate judicandi, quam homines colloquentes his quibus colloquuntur debere quasi pacto quodam tacito intelliguntur. Cæterum ut hæc valeant, duo requiruntur, primum, ut, quo tempore sermo fit, jus illud actu existat, nec tollatur, aut consensu ejus, cum quo agimus, expressio vel tacito æquave ratione præsumpto, aut oppositione juris alterius, quod communi omnium judicio multo plus valeat. alterum, ut jus quod læditur, ejus sit quocum loquimur, non alterius; horum ubi quid deficit, contingere potest, ut verba ac notæ illæ, aliter usurpentur, nec tamen loquenti mendacii crimen imputari debeat, sicut exemplis aliquot *Grotius* demonstravit. q]

- f) de Stratagematibus scripserunt, ex Veteribus, præcipui *Polyænus* & *Frontinus*, quem cum notis *Steweichii* & *Modii* habemus, ex recentioribus *Henricus Ranzovius* ac *Elias Reufnerus*. Manipulum Stratagematum Amstelodami *Winstropius*, Tolosa vero quedam Gallorum Stratagemata *Bellus* edidit.
- g) quam tuentur, præter veteres *Grotio* allegatos, ex Theologis, *Dannhauerus* *Q Q* Moral. 4. 8. 95. ex *J. Cuius* *Albericus Gentilis* II, 3. seqq. ex *Polivico* *Justus Lipsius* V, 17.
- h) Verum cum formulis quibusdam usus esset, vulgo inconsuetis, adversarios habuit, non solum ex Commentatoribus, *Osiandrum* & *Zieglerum*, sed alios quoque, sicut nominatim *Nicolaus Abramus Professor Pontomussanus*, libro, de veritate & mendacia, Parisiis edito; II, 10. ex instanto *Grotium* perstringit Si dicendum quod res est, loca quadam scriptura more suo, id est male, explicat *Grotius*, in cæteris autem facile potest defendi, præsertim cum nec ipse certo definire omnia, sed inquirere potius majori cura voluerit, ut ex num. 17. constat, & cum
- pra-

præterea doli ac mendacii vocæ, in generaliore notione accipiat, censoris autem in strictiori, prout in definitione sua vitiositatem autem involvunt: facile puto conciliari possunt, neque enim, non posse verba ista tam late usurpari, hæcenus ostensum est. ad confirmandum philosophiam Grotianam faciunt, quæ Pufend. IV, 1. & de offic. L. I. c. 10. tradidit. ex disciplina Hebræorum egit Selden. VI, 3. prolixius quidem. sed etiam confusus, Albericus Gentilis II, 3. 4. 5. sed Justus Lipsius IV. Pol. 13. & 14. infeliciter pro suo hoc caput attingit, ex fraudibus ac deceptionibus plus permittens, ac Philosophum Christianum decet, unde etiam meritis, ut cauda serpentis ab eruditio tractatio ista appellaretur. i) Grot. n. 7. Pufend. n. 11. k) Grot. n. 8. Pufend. n. 5. Hobbes. xii. 4.

- l) Grot. n. 8. Pufend. n. 4. m) quæ in utramque partem dicuntur, Grot. n. 9. attulit. n) n. 10. o) n. 11. idem fecit Veltul. de Princip. inst. & decor. p. 986. p) Conf. Pufend. n. 10. qui in eo Grotium supergressus est, quod unam obligationem circa apte adhibenda verba, ab altera, quæ est ad sensum animi sui alteri per verba ista indicandum, accuratius distinxerit.
- q) n. 12. 13. 14. 15. 16. in quibus tamen supplementa Pufendorffii n. 15. 16. 17. 18. adorna, addi debent.

III. Quare dubitandum non est, quæ apud hostem sicut aliis doli, ita & falso sermone, eoque mendacio late sumto, uti liceat; r) sunt quidem, qui Augustini disciplinam sequi videri volunt, ac omne falsiloquium, hoc etiam casu damnant, sed iidem tam ab omni usu abhorrentes admittunt tacitas interpretationes, ac mentales reservationes, s) ut recte Grotius dixerit, satius esse, adversus quosdam falsiloquium admittere, iis quos signavit casibus, aut eorum aliquibus, quam à falsiloquio indiscrète eximere quæ illi sic venditant. Cæterum quæ hæcenus diximus, non nisi ad asserentem sermonem, & quidem talem, qui nulli nisi publico hosti noceat, non ad promittentem, multo minus ad juratum, referenda sunt. t) Legimus quidem in historiis, plures fraudibus istis apud hostes etiam maluisse ab-

stine-

stinere, u) verum id non accidit, ob *injustitia* opinionem, sed ob eximiam quandam animi *generositate*, interdum & *virium fiduciam*, quem morem, si volent, Christiani non male sectabuntur.

z] Grot. n. 17. Pufendorf. n. 19. s] *de quibus vid. Casauboni Epist. ad Fronton. Ducum Jesuitam, Montal. lit. provinc. ep. 9. add. Pufendorf. n. 14.*

t] Grot. n. 18. 19. u] *collegis exempla quadam Grotius n. 20. & Freinshem. ad Justin. XI. 6. 9. velati communem locum texuit.*

IV. Ad modum agendi mixtum pertinet, quando non ipsi immediate, sed *aliorum opera* contra hostem aliquid effecimus. Ubi eam regulam Grotius ponit, quod, *quicquid alicui eorum facere non licet, ad id eum impellere aut sollicitare non liceat*, quare sequetur, non licere incitare hostis subditos ad defectionem, occasionemve Regis sui & similia: x) aliud tamen est, si is *sponte* suam operam offerat, cum enim tali casu, *absq; nostro impulsu* peccet, nihil nobis imputabitur, quare *ad rem nobis licitam* ista operâ uti non prohibemur. y) sed & quod prius attinet, *aliena perfidia incitationem*, ad id quoque nunc *connivere* cepit *jus gentium*, illud exter- num. z)

x) n. 21. add. Alber. Gentil, II. 8. Textor. c. XVIIII. n. 13. Dissentit hinc Pufendorfus putatq; regulam illam solum inter non-hostes valere. Elem. II. 4. 17. Op. Maj. IIX. 6. 18. Forte conciliatio potest instuari, si dicamus, veram esse Pufendorfi sententiam, de convenientia juris gentium; Grotium loqui de justitia naturali, & iure gentium, cui aequitas adfistat.

y] Grot. n. 22. Commentatores Zieglerus & Henniges putant, Grotium sibi adversari, cum III. 4. 18. neget, licitum esse uti aliena perfidia: sed distingue, inter usum perfidia: oblatae, & sollicitatae, illum heic permittit, hunc c. 4. rejicit, quod subiecta scriptorum testimonio satis docent.

z] Grot. III. 5. 4. add. Lipsius Pol. V. 16. 37. Forstner. ad Tacit. XII. Annual. 44. p. 180.

I. Quan.

I.

QUANTUM *jure gentium* in bellis liceat, prolixam tra- Ad Lib. III.
Cap. II.
 ctationem continet, quæ vel ad *quodvis bellum*, vel
 solum ad *certam* belli *speciem*, eamque aut *imperfectam*,
 aut *perfectam*, spectat. In universum, quanquam mero
 naturali jure ex facto alieno nemo teneatur, nisi qui hæ-
 res aut bonorum successor est, à) *jure tamen gentium* in-
 ductum apparet, *ut pro eo, quod debet prestare civilis aliqua*
societas, aut ejus caput, sive per se primo, sive quod alieno
debito jus non reddendo se quoque obstrinxerit, pro eo
teneantur & obligata sint bona omnia corporalia & incorporalia,
eorum qui tali societati aut capiti subsunt. Cujus juris exe-
 cutio sunt *Repressalia*, inter populos receptæ, etiam ubi
 ad belli plenitudinem nondum ventum est. Has quan-
 quam alii, ut iniquas, damnant, c) non tamen ita natu-
 rali juri repugnare, ut non, suadente communi necessita-
 te ac utilitate, moribus gentium introduci potuerint, sa-
 tis ostendit Grotius, d) Ejus aliqua species erat *άνδροπολη-*
ψία seu *captura hominum* eorumque detentio, apud A-
 thenienses *lege publica* constituta, e) & *επενχρασις*
 sive *pignoratio* inter populos diversos. f) Locum au-
 tem habent *repressaliæ*, quotiescunque *jus denegatur*,
 quod fit non solum si in fontem aut debitorem judicium
 intra tempus idoneum obtineri nequit, sed & si in re mi-
 nime dubia, plane contra jus judicatum fit. g) Et licet
 amplum satis sit hoc jus, ad *visam tamen subditorum* ne-
 quaquam extenditur, h) imo nec omnes subditi, quoad
 cæteras etiam partes, huic juri sunt obnoxii, sicut enim
 in Republica leges civiles quosdam ab arrestationibus, ita
 in gentium societate ipsum jus gentium aliquos à repres-
 saliis exceptit, quemadmodum *exemplis* demonstravit

R

Gro-

Grotius. i) Cæterum jure gentium *singulis* pignorandi jus competere, cum eodem Grotio asserere non dubito. k)

a] *Vid. Grot. n. 1. add. Pufendorf. Elem. 1. 12. 28.*

b] *de Repressaliis scripserunt, præter Bartolum, quem Grotius nominavit, Martinus Garatus Laudensis, & Jo. Jacobus à Canibus, quorum libri etiam in tractatu tractatum reperiantur: extant etiam Andrea Dalneri, Bernardi Lunefii de Castillo ac Gothofredi Peshwizii Commentarii. add. Thomas Rivius Histor. Naval. L. 1. c. 49. Casp. Ziegler. de Jurib. Maj. L. 1. c. 34. Jo. Limnæus J. P. IV. 8. 304. seqq.*

c] *Ventur. de Valent. Parthen. litigios. L. II. c. 2. n. 30. seqq. aliq. plures, quorum argumenta solvit, ac injuriam repressaliarum amplius asseruit Zieglerus d. c. 34. n. 29. ad 35.*

d] *n. 2. add. Pufendorf. II. 6. 13.*

e] *eam k) Atticam, præter Grotium n. 3. explicavit peculiari Commentario Samuel Petitus, habemus quoq. de eadem re contraria Salmasii & Heraldii scripta.*

f] *Grot. n. 4. g] Grot. n. 5. Dissentit quoad membrum posterius D. Zieglerus p. 530. quod & inter exteros, autoritas rei judicate valeat, videtur tamen Grotius defendi posse, nam 1. utique autoritas judicantis ad effectum rei judicate multum confert, cum oritur ex sententia, quam ille tulit. & quanquam 2. admitatur, ex tacita litigantium conventionione nasci, eas tamen tacita conventio tollitur per dissentum expressum, imo etiam non sublata, non nisi eo casu valet, si secundum leges judicatum sit, & licet altero casu, ubi contra leges pronunciatum, subditi nihilominus acquiescere teneantur, secus tamen est in exteris, impedimentum enim, quod resistere subditum prohibet, non venit ex causa, sed ex personæ qualitate, qua in exteros non transit. h] Grot. n. 6. add. II. 21. 11.*

i] *Grot. n. 7. add. Mevius de arrest. c. 20. n. 9.*

k] *Dissentiant D. Zieglerus p. 531. & D. Olander p. 1368. res facile componitur, si dicamus, non supponi statum citra imperium, existere enim judicia, sed exercitium cessare. Deinde competere singulis non jure proprio, sed concessione summa potestatis, sicut marito adulteris, domino furto nocturni, vindicta. Sive, jus gentium generaliter permittit, summa potestas singulis applicat.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO XI.

Respondente

LUCA vom Ranpe / HAMBURGENSEI.

1.

IN bello solenni ac perfecto, duo, velut *essentialia requisita*, Ad lib. II. Cap. III. necessaria sunt, ad consequendum *peculiares quosdam juris gentium effectus*. Primum, ut inter *diversos populos*, sive civitates aut Republicas, summo imperio pollentes, geratur: alterum, ut *publice decretum & indictum* sit. Utrumque recepta *hostium* definitione continetur. a) Sicut autem populi vel civitatis nomen non amittit, Republica, si quid admittat *injustum* etiam communiter, ita ex *adverso casus piratarum* aut latronum civitas non est, licet forte æqualitatem aliquam inter se servant, quare illa quidem talis belligerendi facultate instructa est, hic non æque, b) nisi talis mutatio fiat, ut qui prædones tantum fuerant, aliud vitæ genus amplexi, civitas fiant. c)

a] *quam explicat* Grot. n. 1. & Hotomann. *quest. Illustr.* 7.

b] Gröt. n. 2. c] Pufendorf. *II. 6. 9. omnia prolixius ostendunt* Alb. Gentil. *I. 4.* & Bodin. *de Rep. I. 1.*

II. Circa *indictionem* confundi non debent, quæ *jure natura* vel *debentur*, vel *laudabiliter* præstantur, cum his, quæ *jure gentium necessaria* sunt, aut moribus & *institutiis* quorundam populorum *civilibus* servantur. Jure naturæ publica denuntiatio non *requiritur*, in bello defensivo, ubi *vis* illata *arceatur*, aut ab eo ipso qui *deliquit* vindicta deposcitur, vel dominus *re sue* manum injicere vult, d) est tamen *necessaria*, quoties pro una re *res alia*, aut pro debito *res debitoris* invaditur, vel res eorum, qui *debitori subditi* sunt occupare quis velit, aut *summam po-*

R 2

testa-

testatem habens impetatur ex debito vel delicto *subditi*,
 quanquam & prioribus casibus *honeste & laudabiliter* inter-
 pellatio interponatur. Sed *jure Gentium* indistincte re-
 quiritur denuntiatio, non utrinque sed *ab altera partium*.
 e) Est autem alia *conditionata* alia *pura*, f) illa cum rerum
 repetitione conjungitur, ac speciatim *clarigatio* nominari
 solet; hæc absque conditione præstandæ satisfactionis fit,
 diciturque simplex *indictio*, peragitur vero pro diversitate
institutorum civilium in variis populis diversimode, g) ho-
 die plerumque per libellos publicos quos *manifesta* h) *h*
 vocant, aliquando etiam per *feciales* seu *Heroldos*, i) con-
 flueverunt etiam bellum molientes *legationibus ac literis*
ad vicinos Principes armorum suorum necessitatem, ho-
 stilium injustitiam accusare. k)

d) *Vid.* Alber. Gentil. *II*, 2. Zouchæus *Jur. Feodal.* p. 11. f. 10. n. 1.
 Dissentit Dn. Zieglerus p. 533.

e) *Grot. n. 6.* Alb. Gentil. *II*, 1.

f) *ita distinguit* Grotius n. 7. *sequiturq;* Textor. *Synops. Jur.*
Gent. c. 17. n. 53. Dissentit vero Zieglerus, p. 534. quod etiam
 pura semper contineat repetitionem rerum & satisfactio-
 nem, *si non expresse, saltem tacite.* Sed tacitas condiciones
actum conditionatum non efficere, satis puto constat, quin nec
omnes indictiones puras conditionem etiam tacitam admit-
tere, vel exemplum Principis cujusdam exacerbati probat,
qui nullâ ratione se placari, nec oblatam satisfactionem accipere
velit.

g) *Græcorum, Æquicolarumque mores ap.* Grot. n. 8. *Romano-*
rum ap. Brisson. *de Formul. L. IV. p. 341.* *Hebræorum ap.*
Selden. VI. 13.

h) *de quibus videatur* Bœcleriana Dissertatio. *add. D. Textor.*
XVII. 50. i) *Vid.* Bœfeld. *Thef. Pract. voc. Heyold.*

k) *suasoriam hujus instituti examinat* Forstnerus *ad Tacit. XV.*
Ann. 13. p. 135.

III. *Indictio* autem belli non solum ad ipsum pertinet;
 qui

qui summam habet potestatem, sed effectum quoque suum protendit ad ejus *subditos, socios ac adhaerentes* quoscunque l) quod si tamen, bello primario absoluto, hi, ob auxilia submissa, imperendi sint, opus erit novâ indictione, m). Cæterum quænam *causa* fuerit introductæ ejusmodi denuntiationis, varie statuunt, n) mihi *Grotii* o) sententia placet, *ut certo constaret, non privato ansu, sed voluntate utriusq; populi, aut belli capitum geri bellum*, nam inde nati sunt effectus, qui neque in bello *adversus prædones*, neque in eo quod Rex *in subditos* gerit, locum habent. p) Possent autem statim bellum simulatè indictum est geri, si jus gentium attendas, recte contra *Albericum Gentilem*, observavit *Grotius*, q) sicut & hoc, quod, si *per literas* indictio fiat, eosdem ac alios sortiatur effectus. r)

] Grot. n. 9. Textor. XVII. § 4. m] n. 10. *quæ de bello Caesaris in Ariovistum heic desiderat Grotius, ea non solum Bœclerus ad Grot. L. 1. p. 194. expedivit, sed & singulari Dissertatione, super isto bello, novissime apud nos editâ, §. 3. soluta sunt.*

n] Albericus Gentilis II. 1. & 2. ac Commentatores Feldenus p. 448. & Zieglerus p. 536.

o] n. 11. p] n. 12. q] n. 13. r] n. 14. add. Textor. XVII. § 1.

I.

Ad lib. III.

Cap. IV.

juncto

Cap. X. &

XI.

PRæsentibus istis requisitis modo signatis, in bello solenni, sequuntur *Iuris gentium effectus*, a) qui consistunt generatim in *licentia*, contra hostem usurpanda, quatenus hosti hostem *ludere* licet, & in *persona*, & in *rebus*, id est, non ei tantum, qui ex *causa* intrinsece *justa* bellum gerit, quique lædit *intra modum* eum, quem naturaliter concessum diximus, sed *ex utraq; parte* quorumcunque bellantium, & *indistincte*, ita ut ob eam causam nec *puniri* possit in alio forte territorio deprehensus tanquam *homicida* aut *fur*, nec *bellum* ipsi ab alio talis facti nomine

R 3

inferri.

inferri. b) Unde apparet non *meri facti* esse hanc licentiam, quæ ex sola *potentia naturalis* oritur, uti fortiori cui libet minus fortem lædere licet, sed *juris* etiam, quæ *potestate aliqua morali*, ex iustitia si non *intrinseca* semper, saltem *extrinseca* descendente, nitatur. *Causa* autem cur hoc gentibus placuerit, à variis varia indicatur, c) videtur tamen *Grotii* ratio prior esse, quod inter duos populos *de jure belli* pronuntiare velle, *periculosum* non solum *aliis populis*, sed & *impossibile* fuerat, tum ob indiciorum externorum incertitudinem, tum ob iudicii defectum, quod hæcenus summarum potestatum actus nemini sint obnoxii, præstiterat ergo, quis justus sit se tuendi, sua recuperandi aut vindictam sumendi, modus, religioni bellantium relinquere, ita ut id quod evenisset, utrinque pro jure acciperetur. d)

a) Circa hos effectus bellicos, qui generatim loquendo, in læsione hostis & acquisitione domini rerum hostilium, consistunt, explicandos, Albericus Gentilis aliique, non satis distinxerunt, quod jure gentium externo licet impune, ab eo, quod æquitate naturali iustum est ac honestum, Grotius vero id præstitit, consilio ac proposito nunquam satis laudato. Rigorem juris gentium tradit à c. IV. ad. c. X. quatenus ille ad bella, ex causa tam justa quam injusta suscepta, pertinet: Temperamentum autem æquitatis, quo rigor ille restringitur, primum quidem in bello injusto. Cap. X. deinde etiam justo, inde à Cap. XI. ad XIX. explicat. Quare cum observaveram, sententiam Grotii sæpius, etiam ab ipsis Commentatoribus, mutilari, contra institutum Autoris, in Prolegomenis satis indicatum, malui hæc ea capita, quæ mutuo nexu se invicem respiciunt, coniungere, ut uno velut adpectu, in singulis partibus integra Grotii sententia appareat, quid secundum bellici juris rigorem excusari, vel secundum temperamentum æquitatis, defendi possit, aut non possit.

b) Grot. c. 4. n. 1. 2. 3. c) Pufendorf. III. 1. 7. repetit à renuntiatione

tionem juris, quo quis ab alterius latione tutus eras, facta per indictionem belli. Textor. c. xviii. n. 2 à, consensu belli.

d] c. 4. n. 4. § III. 9. 4

II. Permittit itaque hoc jus *interfectionem* hostis, & aliam vim *in corpus*, *vastationem* præterea, ac *ereptionem rerum*, earumque *acquisitionem*, *dominii* & *imperii*, quod hostis fuerat, usurpandam ex *arbitrio victoris*. Sed non sequitur illico etiam hæc facere vel *oportere* vel etiam interno jure *licere*, cum sæpius quod non vetat *lex gentium*, hoc vetat fieri *pudor naturalis*, quare recte *Seneca* distinxit, non solum cogitandum, quid *hostis* impune *patis* possit, sed & quid *nobis facere* permittat æqui bonique natura, ut ut enim nullum *in illo jus* hæreat perfectum, quod meæ licentiz terminos veluti ponat, quales transgrediendo *injurius* in eum dici proprie possim, ipsum tamen *jus natura* obligationem mihi injicit, ne ultra *modum justitia aliarumque virtutum*, quibus vita hominum temperatur, procedam, quam qui negligit, utique *injustus* est. e) atque hoc sensu *injustitia* etiam nomine aliquando veniunt, quibus *belli ac gentium juris* prætextus alias adornatur.

e] *Conf. in hanc rem tradita* Grotior. 10. n. 1. § c. 11. n. 1. add. Puffendorf. 11X. 6. 7. f] *Vid. Grot. c. 10. n. 2.*

III. Ut igitur clarius constet, quid & quousque talia hosti *revera* liceant, ante omnia removendum erit *bellum injustum*, in quoque jure naturæ hosti nihil licet, omnino enim certa est *Grotii* regula, *ubi belli causa injusta deprehenditur, etiamsi illud solenni modo sit susceptum, injustos esse internam injustitiam omnes actus qui inde nascuntur*, ita ut qui *scientes* tales actus *operantur*, aut ad eos *cooperantur*, habendi sint in eorum numero, qui ad regnum cæleste, sine *pœnitentia* venire non possint. g) *Vera* autem *pœnitentia* requirit, ut is, qui tali bello læsit ac *damnum* dedit, sive *inter-*

interficiendo, h) sive *res corrumpendo*, sive *prædas agendo*, id ipsum *refarciat*. Ad restitutionem itaque tenebuntur, secundum ea quæ generaliter Grotius *supra* i) tradidit, primum *belli auctores*, sive *potestatis jure* sive *consilio* tales sint, de *omnibus* quæ bellum, ex vi actus, *consequi* solent. Deinde *Duces*, de his quæ *suo ductu* facta sunt, ac gregarii *militres*, in solidum omnes, qui ad actum aliquem communem, puta Urbis incendium, concurrerunt, in actibus dividuis pro damno quisque, cujus ipse causa unica, aut certe inter causas fuit. k) Tenentur etiam qui aliis *operam suam navant*, ac denique qui *rem* bello injusto captam ab alio, *penes se* habent, tenentur eam vero domino reddere, m) salvo tamen jure detrahendi, n) si quid *opera* aut *sumtus* impenderunt, quantum domino valebat *desperata possessionis* recuperatio, quod si b. f. *consumserint* aut alienaverint, non, nisi quatenus *locupletiores* sunt facti, tenebuntur. o)

g] Grot. c. 10. n. 3, vid. 1. Corinth. VI. 10.

h] *quomodo refarciatur interfectio*. vid. Grot. II. 17. 13.

i] II. 17. 11. k] Grot. c. 10. n. 4. l] Grot. c. 10. n. 5. m] Grot. c. 10. n. 6. & II. 10. 9. n] Grot. d. l. o] Grot. h. l. & II. 10. 2.

IV. In bello autem ex *justa causa* suscepto, effectus isti *externi* partitim considerandi, & cum *internis* conferendi sunt. Primum ergo *belli jure* licet *interficere personas*, p) quod non solum *militres* vel eos qui *actu arma gerunt*, aut qui bellum moventis *subditi* sunt, sed omnes etiam qui *intra fines* sunt *hostiles*, comprehendit, q) eâ ratione, quia ab illis quoque *damnum metui* potest: nam & peregrini, qui *ante bellum* eo iverant, videntur jure gentium pro hostibus haberi *post modicum tempus*, intra quod discedere potuerunt. r) *vere subditos*, ex causa permanente, *ubiq; locorum* offendere licet, nisi quod in *solo pacato*, hujus licen-

licentiæ *exercitium impediatur*, ex *jure* ejus qui *imperium* ibi habet. s) Cæterum tam late se hic rigor protendit, ut *infantium* quoque & *feminarum* ac *senum* cædes impune habeantur; t) imo & *captivorum*, quos occidendi potestas nec *ullo tempore* intercluditur, quantum ad *jus gentium* pertinet, et si *legibus civitatum* hic magis, illic minus adstringatur. u) *Quin & supplicum* occisorum passim occurrunt exempla, x) & eorum qui *se dedere* voluerunt, qui nec semper recipiuntur, & accepti *sine conditione*, etiam leguntur interfecti. y) solentque hujus severitatis, præsertim in captos aut supplices, *causas*, referre auctores aut ad *salionem*, aut ad *pernaciam* in resistendo; z) simile jus & in *obsides* usurpatum, nec in eos tantum, qui *se obligaverant*, propriâ conventionem, sed & qui à *civitate traditi* sunt, quales interdum *pueri* ac *femina* fuere, a] idque omne apud homines, eo *gentium jure*, de quo agimus, defenditur.

p] *multa testimonia in hanc rem colligit* Grotius c. 4. n. 5.

q] Grot. c. 4. n. 6. add. Alber. Gentil. II. 22. r] Grot. c. 4. n. 7.

s] Grot. c. 4. n. 8. add. Strauch. de Imp. Mar. c. 6. §. 9. Alber. Gentil. II. 22. p. 436.

t] Grot. c. 4. n. 9. u] Grot. c. 4. n. 10. Alb. Gentil. II. 18

x] Grot. n. 11. Alber. Gentil. II. 20. y] Grot. c. 4. n. 12. Alber. Gentil. II. 18. *qui, quid sit se dedere* discretioni *victoris*, explicat. II. 17. p. 371.

z] Grot. c. 4. n. 13. *atq; id praxin belli recepisse*, testatur Hojerus *ad jus militi*, Brandeb. Tit. 3. art. 20. p. 328.

a] Grot. c. 4. n. 14. Alb. Gentil. II. 19. p. 394.

V. Ast si *considerationes*, quæ ex *temperamento aequitatis* resultant, adjungantur, aliter pronunciandum est. nam quod sint quædam *officia*, etiam ad *verfos* eos à quibus *injuriam accepimus*, eoque & contra *hostes*, in *bello justo*, servanda, gentiles quoque agnoverunt. b] Sane *interfici*, &

S

qui.

quidem *ex proposito*, ut plerumque fit in bellis, nemo *juste* potest, nisi aut in *pœnam* seu vindictam justam; aut quatenus absque eo *vitam & res nostras tueri* non possumus: c) ob *infortunium* nemo recte interficitur, infortunatorum autem exemplum sunt illi, qui *non hostili animo apud hostes* sunt. d) idem verum est de *Culpa*, media inter merum infortunium & dolum seu plenam injuriam, quam qui commisit, ad restitutionem quidem hinc obligari potest, ad mortem neutiquam, in hunc vero censum pertinent, qui in bello *alios ducentes sequuntur*, meliori propterea conditione, quam ipsi auctores, habendi: e) imo in ipsis quoque *belli auctoribus* distinguendæ sunt *causæ*, sunt enim quædam non *justa* quidem *revera*, sed tamen tales, ut *non improbis possint imponere*, f) hi ergo, si non à culpa *erroris* humani, à *scelere* certe liberati sunt. Quin etiam, si *dolus & malitia* appareat, recte tamen *intra occisionem* desistet victor, quod etiam si *justitia*, strictè dicta, non exigat, sæpe tamen convenit *bonitati*, convenit *modestia*, convenit *amico excelso*, & propterea hostis, qui non id quod *humana leges permittunt*, sed quod *sui est officii*, quod *fas & pi-um* est; volet respicere, parcat etiam hostili sanguine, neminique mortem irrogabit, nisi quo mortem mortive simile quid evitet, aut ob *delicta* personæ propria quæ ad capitalem mensuram *conveniant*, & tamen quibusdam id *meritis* aut omnem, aut mortis saltem vindictam *condonabit*. g) De nece autem eorum, qui *citra propositum*, casu non destinato occiduntur, tenendum, quod si non *justitie* particularis, *miseriçordiæ* tamen sit, non nisi *magnis & ad multorum salutem* perventuris causis tale quid aggredi, unde innocentibus imminere pernitias possit. h)

b] *vid. loca ap. Grot. c. 11. n. 1. & plura in eam rem collecta ab Alber. Gentil. III. 2.*

c] Grot.

c] Grot. c. II. n. 2. d] Grot. c. II. n. 3. *add.* II. 2L. 5. & Alb. Gentil. II. 22. p. 437. *ubi ita servari docet.*

e] Grot. c. II. n. 4. 5. *add.* III. 4. 12. & Cæsar. de B. G. IV. 27.

f] Grot. c. II. n. 6. *add.* Textor. XVIIII. 8. g] Grot. c. II. n. 7.

h] Grot. c. II. n. 8. & III. I. 4.

VI. Quibus cognitis, de specialioribus facilius erit definitio. *Infantes* excusare debet *atque*, *fæminas* autem *sexus*, i) illos quidem semper, k) has nisi aut *munia bellica* & ipse usurpent, aut aliquid peculiariter *vindicandum* admiserint. l) Sed & *senibus* parcendum, quorum vires defecerunt; m) Idem statuendum universaliter de *maribus*, quorum *vita genus ab armis abhorret*, n) in qua classe sunt *Sacerdotes*, & qui eis hac in parte æquantur, *Monachi* & *penitentes*. o) item qui *studiis literarum* p) operam navant, *agricole*, *mercatores*, alique *opifices* & *artifices*, quorum quæstus pacem amat, non bellum. q) Inter eos, qui *arma* quidem gesserunt, sed *deposuerunt*, sunt quibus parci debet, *captivi*, r) quique vitam salvam paciscuntur, *deditione aqua*, sive in prælio, sive in obsidione, *recipiendi* sunt, s) multo magis parcendum his, qui *sine conditione* se victori permiserunt, *supplices* facti, atque ita accepti sunt, t) neque *justa* sunt, quas aliqui defendendis ejusmodi cædibus prætexunt, *exceptiones*, quod *talio* hic exigatur, quod illic *pernicacius* restitutum sit, nam *talionem natura non admittit*, nisi in ipsis qui deliquerunt, nec sufficit, quod hostium unum quasi corpus factione quadam intelligatur. *Obstinatus* autem *studium* in suas partes, adeo supplicium non meretur, x) ut potius pro crimine habeatur, si quis præsidio decesserit, cui omnium fere populorum *legibus militaribus* y) gravissimæ pœnæ statutz, & nullæ fere *excusationes* z) admittæ sunt. Sed & ubi hi ipsi delicta patrarunt talia, quæ morte digna videri possent, aut *deditio* sub vitæ pacto

pacto non erit acceptanda, quod aliquando, casibus à Grotio notatis, factum est, aut si accepta, servanda est, quin & ubi non accepta, misericordia erit, ob multisitudinem delinquentium, aliquid decedere de summo jure, a] sicut alias quoque ejusmodi casibus sortitio aut decimatio frequentatur: b] In obsides quoque talis severitas est illicita, ut ut ipsi se huc obligaverint, nam ipsa conventio jure nulla est, uno casu fieri potest, ut supplicium eorum injuria vacet, ex capite nempe gravissimi delicti ab ipsis admissi. c] A deo autem vera hæc sunt, ut & omnes commissiones militum, quæ ad jus consequendum aut bellum finiendum nullius sunt usus, sed meram habent virium ostentationem propositam, & cum officio Christiani hominis, & cum ipsa humanitate pugnare videantur. d]

i] agnoverunt hoc non solum Sapientes, quorum dicta Grot. c. II. n. 9. & Alber. Gentil. II. 21. collegunt, add. Textor. c. XVII. n. 17. sed & moratorum populorum Jure Militari discrete constitutum est, apud Hebræos vid. Selden. VI. 16. in Germanico Imperio, conf. Reutter best. de A. 1570. §. 70. Sustnecht best. art. 54. apud Danos, Jur. mil. art. 40. item Jur. mil. Wurtembergico art. 11.

k] que enim Feldenus p. 467. contra adducit, facile dissolvuntur.

l] de priori hac exceptione vid. Alb. Gentil. II. 21. p. 412. & illa in legibus etiam militaribus additur, non solum Danorum, sed & Imperii nostri, dum loquuntur de feminis, die auff keiner Wehr gefunden / id est, non armata sint: alterius exceptionis exemplum Alber. Gentil. p. 419. in eo ponit, si ad fornicationem alios seduxerint. in sequentibus inter exceptiones, etiam justum Dei, ac rationem refert, ultimum hoc male.

m] addit Alb. Gentil. II. 21. p. 426. limitationes, nisi & illi confiliis noceant, aut armis conentur, vel alio modo injuriæ sint.

n] recensentur ii cap. ult. X. de Treug, & pace, ad quod videndi Commentatoris.

o] Vid.

- o] *Vid. Grot. c. II. n. 10. Alb. Gentil. II. 22. p. 427. ut ab armis abstineant illi, nos quidem antiquus fuit, ut Grotius b. l. ait, contrarium tamen hodie obtinet apud Tigrinos vid. Sleidan. L. II. p. 204. & Pontificios plures. Conf. Baron. ad A. 888. n. 2. Claud. Espencæus L. II. Digress. c. 6. Sed quid de Sacerdotibus militaribus, (Selbpredigern) habendum, qui concionibus militum contra hostem instigant? existimat Gentilis, si non penitus tuis sint, tamen mitius cum his militia ministris agendum.*
- p] *hi etiam per privilegia expressa subinde manuantur, ut in Gallia, quicumq; desunt Academia Parisiensi & Aurelianensi. Vid. Felkman, Res. mil. IX. n. 68-69.*
- q] *Grot. c. II. n. 11. & 12. de quibus omnibus tamen exceptiones iam nominata, nisi armati sint, aut alio modo noceant, intelligi debent. Vid. Alber. Gentil. II. 22. p. 427. & 430. Marquart. de Jur. Mercator. I. 1. c. 16, ubi variorum populorum constitutiones refert.*
- t] *Grot. c. II. n. 13. add. Hippol. de Mars. singul. 150. n. 5. Alber. Gentil. II. 16. p. 341. seqq. Hunc etiam prohibita talis interfectio, jure militari Danico art. 124. Belgico art. 61.*
- s] *Grot. c. II. n. 14. add. Alber. Gentil. II. 17. Textor. c. XVIII. n. 21. 22. 23. ac singularis Dissertatio Obrechtii, cui titulus, Hostis deditio. t] Grot. c. II. n. 15.*
- u] *ostendunt Grotius c. 4. n. 3. & c. II. n. 16. Obrechtus Dissert. de Ratione Belli, c. II. § 7. Alber. Gentilis varius est, mox admittit. II. 21. p. 415. II. 23. p. 444. mox temperat. II. 21. p. 419. & III. 2. aliter Zieglerus p. 573. & Feldenus p. 471.*
- x] *Vid. Grot. c. 4. n. 13. & c. II. n. 16 Alb. Gentil. II. 16. p. 345. Ulr. Obrecht. Dissert. de Rat. Bell. c. II. §. 8.*
- y] *non solum Veterum, Romanorum. vid. l. 3. §. 5. de re mil. Livius XXV. 37. Muretus L. 3. Variar. c. ult. sed & recentiorum, Germanorum, utpote Maximiliani I. Articuli sbriffi/ art. 23. & jure milit. Brandenburgico Tu. VII. art. 33. item Hispanorum, quorum constitutiones explicat Ayala de Jur. & off. bell. L. III. c. 18. idem demonstrant iura militaria Suecorum art. 48. 49. 50. Danorum art. 101. Batavorum art. 51. Helvetiorum art. 43.*

- z] *quales excusationes hodiernâ praxi admittantur. vid. apud Homerum ad ius mil. Brandeb. art. 40. p. 365.*
- a] Grot. c. II. n. 17. b] *de cuius iustitia vid. disceptantes Commentatores, Zieglerum & Oliandrum. add. Gerhard. de Mag. Pol. n. 311. imponitur decimatio, si legio pugna desistat. iure mil. Brandenburgico Tu. VII. art. 33. Hannoverano, §. 71. Zellenfi Tu. VII. art. 36. idem statuitur in Artickuls. brieff der Reichse vñlcher de A. 1672. Ratisbona factis, art. 71. & si praesidiarii milites Ducem ad deditiorem munimenti cogant, art. 63.*
- c] Grot. c. II. n. 18. add. II. 17, 2. II. 21. II. III. 20. 43. & 55. III. 4. 14. Textor. c. XIIIX. n. 25. Alb. Gentil. II. 19.
- d] Grot. c. II. n. 19. & III. 18. 4. add. Pufendorf. Elem. II. 4. 18. Dissentit forte prater rationem Zieglerus h. p. 575. & de Jurib. Maj. L. I. c. 34. n. 43.

VII. Cœterum nec illud ipsum jus gentium externum, in infinitum heic indulget, sed quod *modum* lædendi attinget, terminos certos constituit; Proprius occidendi modus, ut alias, si quis mortem meruit, ita & heic, est per *arma*; e) si merum *jus nature* f) respicias, etiam per *venenum* fieri potest, at *jus gentium*, si non omnium, certe *meliorum*, jam olim est, *ne hostem veneno interficere liceat*, nec per se, g) nec ita, ut spicula & *arma* veneno *inficiantur*, quod posterius, ut ut non omnes & olim & hodie populi universaliter receperint, h) inter *Europæos* tamen in id plane est consensus, i) qui, minuendis eo magis periculis, aliquando etiam *expressis pactis* super omittendo certo globorum armorumve genere solent convenire, k) qualia servari naturalis gentiumque juris est. Sed *fontes* quoque *veneno inficere* contra idem jus gentium militat, aliud dicendum, si *aqua sine veneno* ita *corrumpanitur*, ut bibi nequeant, id enim perinde habetur, quasi avertatur flumen aut fontis venæ, l) intercipiantur

pianur, quod *natura* ac *consensu* gentium licitum cense-
tur, quemadmodum etiam *serpentibus* aliisque *venenatis*
bestiis, ut hostibus objiciantur, uti licere existimo, m) ne-
quaquam verò *incantationibus* & *magicis artibus*, nam
hoc adversus hostem quoque tam gentium quam natu-
rali jure improbum habetur, n) De *percussoribus* in hostes
mittendis, & *stupris* in foeminas hostiles permittendis,
quaestio est, an per jus gentium liceat? Percussores aliqui
simpliciter admittunt, o) verior mihi videtur *Grotii* distin-
ctio, ut verum id sit de his, quorum facto *nulla perfidia*
inest, ubi autem perfidia inest, & ipsi qui tale quid faciunt,
& qui eorum utuntur operâ, in jus gentium delinquant.
p) Idem de *stupris* censeo, in quibus non sola *injuria*, ob-
quam aliqui, quod in hostile corpus nulla committatur,
permiserunt sed & *offerata libidinis* actus concurrat, atque
hoc *inter Christianos* servari par est, non solum, ut *discipli-*
nae militaris pars, sed & ut pars *juris gentium*, ut qui pudici-
tiam vi læsit, quanquam in bello, ubique poenæ sit obno-
xius. q) Ex iisdem fundamentis sequitur non licere *scorta*
venefica, aut *luc* quadam *laborantia* submittere, ut inde ho-
stilis exercitus inficiatur. r)

e] De armis, quibus *lesio* ista fieri solet, eorumq; origine, & variis
generibus, vid. Albericus Gentil. II. 7. proximus Justus Lipsi-
us in *potiorceticis*, ac de *Milit. Rom. L. V. c. ult.* de differentia
Veterum ab hodiernis, Forstner. ad *Tacit. II. Ann. 21.* De ar-
mis in bello prohibitis, eruditâ *Dissertatione ad hunc Grotii lo-*
cum, egit D. Zentgrafius, qua *nobilissimi Commentarii vicem*
prestare potest.

f] *concedit hoc, præter Grotium, ex Theologis Danhauer. Colleg.*
Decalog. p. 7. 4. Dissentit vero *Osiander. h. l. p. 1409. jus natu-*
ra non quidem legaliter prohibere, sed ne fiat, suadere, statuit
D. Zentgrafius *Diss. de arm. in bell. prohib. §. 7. eoque perti-*
nent rationes Alberici Gentilis II. 6.

g] *Conf:*

- g] *Conf. Grot. c. 4. n. 15. h.] docent hoc nomina, à Grotio & Alberico Gentili p. 254. adducta, Getarum, de quibus Plinius XI. 53. Parthorum, de quibus Lucanus Lib. IIX. v. 304. Afrorum quorundam, & Æthiopum, apud Claudianum, Stilicon. v. 351. Et nunc Basavi cum Barbaris, Christiani in uniuersum cum Turcis pugnantes, utuntur.*
- i] *Vid. Grot. c. 4. n. 16. Exempla tamen populorum, qui subinde contra egerunt, recenset Alber. Gentil. p. 258. Norderm. de Jur. Princip. lib. 76. Hispania idem tribuit, & modum toxicandi prolixè describit Thuanus Lib. XLVI. p. 962.*
- k] *Specimen eiusmodi conventionis, novissima bello, inter Germanos & Gallos, Argentorati A. 1675. facta, extat, unde excerpta, art. LVII. verba huc pertinent. So soll auch hiemit ernstlich und scharff verbotten seyn / sich keiner drat. vergifteten. gestirnten / und mehrerley ohngewöhnlich figurirt. und formirter Kugeln instünfftig zugebrauchen / bey dem dergleichen verbottener Zeug wird gefunden werden / der soll auff gesünnen / von der Warthen / zu welcher er gehöret / exemplarisch gestrafft werden.*
- l] *Grot. c. 4. n. 17. D. Zentgraf. §. 19. Dissentit Sam. Rachelius Diss. de Jur. Gent. §. 99. & Alb. Gentil. II. 6.*
- m] *cum D. Zentgrafio, laudata Dissertationis, §. 21. Repugnat quidem Alber. Gentil. II. 7. Verum ei sufficienter à D. Zentgrafio, §. 22. est responsum.*
- n] *Conf. Alb. Gentil. II. 6. p. 259. D. Zentgraf. §. 27. seqq. hinc & militaribus iuribus cavetur, vid. Suecicum Tit. I. art. 1.*
- o] *Thomas morus Utopia L. 2. & D. Pufendorfius Elem. II. 4. 17. Op. Mai. IIX. 6. 18. Illi 32. Alber. Gentil. II. 8. p. 273. de huius sententia nostram supra indicavimus.*
- p] *Grot. c. 4. n. 18. add. Alber. Gentil. II. 8. Bodin, Rep. VI. 2.*
- q] *Grot. c. 4. n. 19. Alb. Gentil. II. 21. p. 421. D. Textor Synopsis. Jur. Gent. cap. XXIIIX. n. 13. & 23. R. Zouchæus Jur. Feodal. part. II. sect. 10. n. 17. De Lege Hebræa, vid. Selden. V. 13. de Jure militari Suecico. Tit. 15. Belgico. art. 3. 4. Danico. art. 39. Quæ D. Osiander p. 1413. adducit, quasi ex sententia Grotiana sequerentur, mihi sequi inde non videntur, id quod ostendere disputationis ætæ conabor.*
- r] *Vid. D. Zentgrafius d. l. §. 20.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO XII.

Respondente

C. W. Eyben.

I.

Quod in personas, idem in res quoque hostiles permit- Ad lib. III.
Cap. V.
iuncto
Cap. XII
tut jus gentium, quæ propterea *vastari*, corrumpi ac
eripi possunt, qualescunque ex fuerint, munitiones, por-
tus, urbes, naves, fructus & si quæ similia, unde urbes to-
tas dirutas, aut moenia solo æquata, populationes agro-
rum, incendia, singulis fere historiarum paginis leguntur.
a) Neque hinc excipiuntur *res sacra*, Deo aut diis dicatæ,
cum sacræ solum dicantur à *sine*, cui destinata sunt, reve-
ra autem, quando tales sunt, non *usibus humanis* eripiuntur,
sed *publica* manent. Illud tamen verum est, si quo in
simulacro *Numen* aliquod *inesse credatur*, id violari aut
corrumpi nefas, ab iis, qui in ista persuasione conveniunt,
& hoc sensu impietatis, aut *lesi* etiam *gentium juris* accu-
santur interdum, qui talia commiserunt, nimirum *ex talis*
opinionis positione, aliud si hostes non idem sentiant. Quod
de sacris, idem de *religiosis* dici potest, nam hæc quoque
non mortuorum sunt, sed viventium, sive populi alicujus
sive familiæ, quanquam hoc de loco solum intelligi debeat,
non *corporibus* loco illatis, quæ male tractari iure gen-
tium prohibentur. c) Perinde verò est, sive hæc omnia
vi sola, sive etiam *dolo* perficiantur. d)

a] Grot. c. 5. n. 1. add. Alber. Gentil. II. 23. § III. 7.

b] Grot. c. 5. n. 2. Conf. Pufendorf. I. 1. 16. Dissentit D. Osiander h. p. 1418. *arguetq;* jus Deo in has res quæsitum, *ratione*,
ni fallor, *inconveniendi*, *quasi Deus non aequali jure omnium*
rerum Dominus esset, *aut quasi ipsi in aliquibus operâ huma-*
nâ majus jus, *quam in cæteris habet*, *constitui posset*. & *quid si*
dare-

T

daremus, res tales usibus profanis esse exemptas? intelligendum erit, quamdiu in tali statu sunt; sacra enim quod sunt, non fit, ob qualitatem aliquam intrinsicam rei, inseparabiliter coherentem, sed ex impositione Imperantis, à quâ factæ consecratio, ita & exauctoratio seu secularisatio unice dependet, in respectu vero ad hostes neutra attenditur. Vid. l. 83. §. 5. & l. 137. §. 6. de V. O.

c] Grot. c. 5. n. 3. d] Grot. c. 5. n. 4.

II. Sed *temperamentum aequitatis* valde iterum hanc variationis licentiam *restringit*. Sicut enim in universum, ut quis res alterius sine injuria perdere possit, horum trium unum antecedit necesse est, aut *necessitas* talis; quæ ipsum Domini jus quodammodo temperet; aut *debitum* aliquod procedens ex inæqualitate, nimirum ut res perditæ imputetur in illud debitum, quasi percepta; e) aut *meritum* aliquod *malum* cui *vindicta* talis par sit aut cujus mensuram vindicta non excedat: ita inter hostes quoque hæc *causa*, & intra hos duntaxat *finis*, faciunt, ut *absit injuria*. f) neque tamen propterea hæc illico faciendæ esse sequitur, nisi enim *causa utilitatis* suadeat, stultum erit nullo suo bono nocere alteri. Quare illa quidem *populatio* ferenda est, quæ *brevi ad pacem perendam hostem subigit*, g) quanquam si exempla expendamus, plerumque admittantur talia *odio* magis aut *libidine*, quam *prudenter* ratione, ferme enim evenit, ut aut *causa illæ suadentes cessent*, aut ut *alia sint validiores, quæ dissuadeant*.

e] D. Zieglerus h. p. 575. *objicit regulam, neminem sibi ipsi jus dicere debere. Et ea solum pertinet ad statum, ubi iudicia vigent, & ad non-hostes, nam si ad hostes etiam extendas, sequetur, omnia bella sine effectu gerenda esse.*

f] Grot. c. 12. n. 1. Alb. Gentil. III. 7. p. 511. 513, Text. c. xviii. n. 33.

g] Grot. d. l. Alb. Gentil. II. 23. p. 448.

III. Posterius hoc ubi contingit, *illicita* omnino ejusmodi

modi *vastatio*, creditur ab iis, quæ laxam bellandi licentiam adducere ad id quod *natura licitum*, aut intor licita *melius* est, conantur. id *primum* eveniet, *si nos ipsi rem frugiferam ita teneamus, ut hostibus non possit esse in fructu*, h) quo spectat *lex divina*, de asservandis *arboribus frugiferis*, i) quam Hebræi Interpretes etiam ad *animantia* ruris operi inservientia, ac denique ad *rem quamvis*, quæ sine causa peritura sit, *extendunt*, ut si *adificia* comburantur, *esculenta* aut potulenta corrumpantur, k) de quibus non committendis, *inter Christianos* etiam *militaribus legibus* cautum est, l) idque ipsum si *in bello*, multo magis, *post plenam victoriam*, locum habebit. m) *Secundo* idem fiet, *si magna spes sit celeris victorie, cujus primum & ager & fructus futuri sint*, quo casu, suas sibi ipsi res destruere videtur, qui id facit. n) *Tertio* eodem pertinet, *si hostis habere possit aliunde quo se sustentet*, puta si mare, flumina aut fines alii pateant, tali statu *optimum factum*, ut *agricultura* etiam in ipso collimitio tuta maneat, sub onere vel *tributi*, utrique bellantium parti à possessoribus præstandi, vel *fructuum* hosti dandorum, ex quorum venditione redacta pecunia stipendium militi præbeat. o) *Quarto* evenit, *ut res quaedam eius sint natura, qua ad bellum faciendum, aut ducendum nihil momenti habeant*, quibus parci etiam manente bello, ratio vult, tales sunt *templa, porticus, statua*, ac *ornamenta* quævis alia, inprimis vero ea, quæ *sacris usibus dicata* reperiuntur, p) quanquam enim & hæc publica suo modo sint, atque ideo impune per jus gentium violentur, tamen *si nullum inde periculum sit, conservari talia adificia & quæ eis accedunt*, suadet rerum divinarum reverentia, inter eos maxime, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiam si forte sententiis quibusdam aut ritibus

diffideant, h) quod etiam, inter Christianos *legibus militaribus* prospectum est. r) Item intelligendum est de *rebus religiosis*, ac omnibus illis, quæ in mortuorum honorem structa sunt, qualia non nisi *contempta humanitate* violari posse videntur. s)

- h] Grot. c. 12. num. 2. i] Deut. XX, 19. k] Vid. Selden. VI. 15.
 l] *utpote in Imperio, ne mola, furni, & alia res ad quotidianos usus necessaria, confringantur, nec farina, frumenta, vina corrumpantur, apud hostes etiam, sub pœna capitali interdicitur, Suß. Knechts Bestall. de A. 1570. art. 53. add. Articulis Brieff der Reichs. Böcker / de A. 1672. Ratisbon. art. 66. eadem pœna apud Suecos, si quis sine permisso in solo hostili, equos, pecora, aut res alias cujuscunq; nominis abstulerit, aut merces castris subvehendas corruperit. Jur. mil. Tit. 18. §. 81. eadem fere statuunt caterorum iura militaria, Danicum art. 122. Brandenburgicum. Tit. XIII. art. 59. Hannoveranum. §. 63. Hassiacum. §. 31. Helveticum. Tit. XVII. art. 69*
 m] Grot. d. l. n] Grot. c. 12. n. 3. o] Grot. d. l. n. 4. p] Grot. d. l. n. 5. add. Alber. Gentil. II, 23. p. 442. 446. & III, 6. p. 505. 508.
 q] Vid. Grot. d. l. Steurvech. ad Veget. L. 2. c. 7. applicat ad Pontificios Lutheranosq; D. Textor. c. XVIII, n. 35. add. c. XXIX. n. 26. & Zouchæus Jur. Feodal. p. II. sect. 10. n. 19.
 r] *ita jure militari Sueccio, prohibetur vastatio & direptio Templorum, Nosocomiorum, aliorumq; pauperibus dicorum locorum, qui id fecerit, tanquam latro, punitur, additur limitatio; nisi post expugnatam Urbem eo se cives aut presidarii milites contulerint, & ingens damnum exinde inferant. add. in Imperio nostro, Maximiliani I. Kriegs. Recht art. 13. Maxim. II. Artt. Brieff. art. 9. Ferdin. III. R. N. art. 10. Jus militare Brandenburgicum Tit. XIV. art. 65. Wurtembergicum art. 12. Danicum art. 41. Belgicum art. 3. Helveticum art. 69.*

s] Grot. c. 12. n. 7. D. Textor. c. XVIII. n. 37.

IV. Quod si quis à *recti sensu* tam alienus sit, ut *honestatis, pudoris, religionis* nomina non moretur, is saltem propter

pter *utilitates*, quæ belligerantibus hinc proveniunt, se moveri patietur, quales sunt, quod tali moderatione magnum hosti telum eripiat, *desperationem*: quod speciem præferat magnæ *de victoria fiducia*: quod *clementia* per se apta frangendis & *conciliandis animis*; consiliis autem contrariis contrarii quoque eventus respondeant. In primis autem summarum potestatum & Ducum, qui *Christianos* se & à Deo & ab hominibus haberi volunt, officium est, violentis Urbium direptionibus, & si quid simile est, intercedere, ut quæ abire non possint, sine gravissimo multorum innocentium malo, & sæpe ad belli summam parum proficiant, ita ut *bonitas Christiana fere semper*, ipsa quoque *justitia plerumq;* ab ipsis abhorreat. t)

t] *Vid. Grot. c. 12. n. 8.*

I.

VIdimus effectum primum licentiz bellicæ, *lesionem*, *Ad lib. III. Cap. VI. juncto Cap. XIII.* sequitur alter, *acquisitio*, & quidem in *res hostium dominii*, in *personas* vero, tam *singulas* privati, quam *universas* publici, *imperii*, cujus tamen acquisitionis ulterior duratio aliquando *postliminii jure* abrumptur. Quod bella capta capientibus cedant, etiam *juri nature* convenit, talia nimirum, quæ aut paria sunt ei quod cum *nobis* sit *debitum*, aliter consequi non possumus, aut etiam quæ *nocenti* damnum inferunt, intra æquum *vindicta* modum. a) *At jure gentium* non tantum is, qui ex justa causa bellum gerit, sed & *quisvis* in bello solenni, & sine fine modoque Dominus sit eorum, quæ hosti eripit, eo sensu, ut à gentibus omnibus & ipse & qui ab eo titulum habent, in possessione rerum talium tuendi sint, quod *dominium* quoad *effectus externos* licet appellare. b) *Quando* autem res captæ censeantur, prolixè disputant: rectè Grotius, si quis ta detinet, ut recuperandi spem probabilem alteramise-

rit, quod in *rebus mobilibus*, jure gentium antiquo, procedebat, ubi *intra fines*, id est præsidia hostium, perductæ fuerat, recentiori autem, inter *Europæos populos* introductum, ut captæ censeantur, ubi per *horas viginti quatuor* in potestate hostium fuerint; c) Aliud in agris, aliisque immobilibus, qui non statim capti intelliguntur, simul atque infessi sunt, sed tum demum, cum *mansuris munitionibus* ita includantur, ut nisi iis expugnatis, parti alteri palam aditus non sit. d) Cæterum non nisi *hostium res* tali modo acquiruntur, secus de illis, quæ quidem *apud hostes*, sed quorum domini non-hostes, sunt; e) Quamquam in hostibus reperitæ, tam diu hostiles *presumantur*, donec contrarium probeatur. f) Est autem hujus acquisitionis ille *effectus*, si jus gentium respicimus, ut *quæ hostibus per nos crepta* sunt, ea non possint à nobis peti vel *vindicare* ab his, qui ante hostes nostros ea possederant, & bello amiserant, quia jus gentium hostes primum dominos fecit dominio externo, deinde nos, quamquam *jus iis* propterea non pereat; si quod circa rem illam adversus hostem nostrum habeant. g)

a] Grot. c. 6. n. 1. junct. II. 7. 2. II. 20. 28. seqq. Pufend. II. 6. 20. Textor. c. xxix.

b] Grot. c. 6. n. 2. c] Grot. c. 6. n. 3. Et in notis, hinc feres ab hoste in fuga recuperata, vero domino est reddenda. Vid. Prajudicia ap. Burger. Cent. 1. obs. 55.

d] Grot. c. 6. n. 4. add. III, 20, 12. e] Grot. c. 6. n. 5. Dissentit D. Zieglerus p. 547. quod Et damnum ex rebus nocturnum, quatenus hosti animum addunt, &c. causam enim hujus damni non esse res tertii, sed personam hostis, neq. enim rei dominus censetur aliquid conferre, sed hostis unico, per res alienas.

f] Grot. c. 6. n. 6. g] Grot. c. 6. num 7.

II. Gravior est disputatio, cui in bello solenni res hostium acquirantur, ipse populo, vel Regi, cujus auspiciis bellum

bellum geritur, an *singulis militibus*? in qua valde differunt. h) Quid *juris gentium* heic sit, præclare indagavit *Grotius*, postquam enim ostenderat, placuisse gentibus, ut *res hostium* hostibus essent non alio loco, quam *res nullius*, & posse *naturaliter* quemque, non solum *per se*, sed & *per alium*, tanquam instrumentum suæ voluntatis, sibi dominium ac possessionem acquirere, i) distinguendum in hoc negotio monet, inter *actus* verè *publicos* belli, & inter *actus privatos*, qui fiunt occasione belli publici: k) per hos *actus*, *privatis* res quæri, per illos *populo*, primo nempe ac *directe* l) & si *lex civilis* aliud non statuatur. m) Quod ita applicat, cum *res soli* nisi *publico actu*, inducto nempe exercitu impositisq; præsiidiis capi non soleant, ideo semper eas *populo* aut Principi bellum gerenti acquiri; n) at *res mobiles* & se moventes, aut in *ministerio* publico capi, aut *extra illud*, si hoc, uti in liberis & injustis excursibus contingit, fieri *singulorum* capientium, o) sin illud, *populum* aut *Regem*, per singulos suâ vice functos, *sibi* possessionem & dominium nancisci, ac in quos vult postea transferre, id quod *variarum gentium* consensu demonstrat. p) Sicut autem apud alios subinde *populos*, ita præsertim apud *Romanos*, moris fuerat, ut *Respublica*, tanquam prædæ domina, ejus *dispensanda arbitrium* Imperatoribus reliquerit, q) qui deinceps vel *predam* ipsam, aut *pecuniam* inde redactam, varie usurpabant. Alii retulerunt in *ævarium*. Alii *militibus* concesserunt, vel per *divisionem*, quam ratione *stipendiorum*, aut ratione *meritorum* instituebant, ubi *Esopetov*, hoc est *præcipuum*, sibi accipere, Imperatoribus, si voluerant, licebat; vel per *direptionem*, aut in *populatione* indultam, aut *post prælium* oppidive expugnationem, ut signo dato discurreretur. Nonnulli *aliis*,

extra

extra milites, tribuebant, aut factis partibus in *usus diversos* impendebant, ita ut ubique *rationem* actus sui *populo* deberent, quæ omnia Grotius multis adductis *testimoniis* ac *exemplis* luculentissime confirmavit. r)

h] *Varias opiniones* consignavit D. Zieglerus p. 548. *Cum* Grotio, *populo tribuerant*, Petrus Faber *semestr. L. II. c. 4.* Hugo du Roy, *Lib. I. tit. 6. n. 13.* Anton. Merenda *L. II. Controv. c. 22.* Sed *singulis Militibus assignarunt*, Cujacius *XIX. obs. 17.* ac *in primis* D. Textor *c. XVIII. n. 67.* qui, *cum eruditioribus rationibus non solum opinionem istam defendere, sed et ad argumenta Grotii respondero sustinuerit, opera pretium puto fuerit, ut, si pacis tanti et Cui licebit, quid pro Grotio dici possit, videamus.* Primo *quidem impugnat Grotii fundamentum, à publico militum ministerio petendum, quale Reip. prestari concedit, ad finem victoriæ, non vero ad finem promiscuæ capturæ rerum hostilium. Verum existimo, hæc subordinari, non opponi debere, nam utitur Republica ministerio militum ad victoriam, tanquam finem ultimum, ad acquisitionem vero hostilem, tanquam finem intermedium, quatenus per subtractionem rerum suarum hostis ad inopiam redigatur, ac ita ad pacem denique potendam cogatur, aut saltem ad victoriam facilius paretur adiutus, ideo utrumque, æque directe intenditur, nec posterius occasionaliter solum in bello contingit, sed ut plurimum exquisito consilio, penes istos præsertim, qui sine ferro vincere hostem constituerunt, tum sane captura ejusmodi actus privatus non erit, nisi casibus à Grotio, n. 12. signatis, et quanquam, ubi publico nomine in hostem mittuntur milites, pradas agere non semper iubentur expresse, iubentur tamen per consequentiam, quotiescunque ipsis, ut quocumque modo vires hostis atterant, injungitur.* Altera ratio, quod periculum ad milites quàm singulos pertineat, idcirco et commodum ex rebus captis, vix rem evincet, sequeretur enim eadem opera, et urbes expugnatas et quicquid denique in bello armatâ manu hosti eripiunt, singulis debere acquiri, quod nec ipse D. Textor admisit: regula illa, quod quem incommoda, eundem et commoda sequi debeant,

tum demum locum habet, quoties commodi & incommodi par est ratio, fatentibus omnibus? Cui nostris, est hoc loco ea non obtinet, siue enim conducti sint milites, quorum operâ Respublica utitur, siue proprii subditi, periculum hoc in bellis subire, obligatione verâ perfectâq; tenentur, postquam ab his, qui belli gerendi jus habent, auctorati sunt, eoque sacramento militari se obstrinxerunt, ne dicam, subditos ad defensionem Reipublice, cum vita quoque periculo, ipso subiectionis jure, obligari, etiam ubi nihil propterea expectandum habent: sentiant tamen & hi & isti, extra prædam, commodum, quatenus mercedem ac stipendium pro operâ accipiunt, hiq; specialiter, obtentâ per victoriam communi salute, qua sua quoq; continetur, quiete fruuntur. Quare rectius ad populum aut Regem, qui ad consecutionem juris sui bellum suscipere cogitur, eam regulam accommodamus, ut, cum ille ingentes sumtus ad instruendum servandumq; bellicum apparatus facere, propterea debeat, etiam præda commodum, in compensationem aliquam huius oneris sentiat. Quod tertio Justiniani Imperatoris aliorumq; Romani juris conditorum autoritatem attinet, illa quidem apud hos, qui legibus Romanis obnoxii sunt, efficaciter allegatur, non vero, ubi de controversis juris gentium agitur, quanquam nec hoc loco nobis sint adversi, quomodo enim textus isti accipiendi sint, satis à Grotio n. 12. est ostensum. Observantia autem militaris hodierna, quod quartum erat argumentum, maxime variat, qualiscunq; vero sit, non iam jure gentium merito, quam lege cuiusq; civili aut consuetudine militari nititur, quâ singulis etiam in publico ministerio, ex concessione Reipublice, acquiri posse, diserte Grotius asserit, ostenditque ipse n. 24. Cætera, quæ adversus Grotium rationes afferuntur, nescio an Cl. Virum multa juvent, nam verba Scipionis, apud Liv. XXX. 14. utique non innuunt, ea tantum præda iure populo Romano esse quaesita, quæ post deditionem Syphacis fuerint occupata, sed generaliter satis, de omni eo, quicquid denique Syphacis fuit, [ita enim diserte habent] debent intelligi, neq; etiam nunquam se deditit Syphax, ita enim ipsum prælium, ex quo ausugerat ille, c. 8. describit Livius, quod eorum, qui à partibus Syphacis stabant, alii super alios cadentes obstinati moriebantur. cum-

que Scipio, Lalius ac Masanissam ad persequendos Syphacem atque Asdrubalem misisset, isa cum invaserunt, tradente iterum Livio, c. 12. ut, dum obequitaret hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo graviter icto effusum Masanissa opprellerit cepèritque, & ad Lalius pertraxerit: qualis pertinacia voluntatem se dedendi nequiquam admittit. Sed utrius etiam unum illud, Scipionis Africani testimonium, quodammodo conciliari posset, nihilominus supersunt tot ac tanta loca omni fere exceptione maiora, qua de communi gentium consensu doceant, ut sane vix dubiandi ratio supersit. Sed de his in ipso Disputationis actu amplius dispiciemus.

- i] Grot. c. 6. n. 8 & 9. k.) c. 6. n. 10. Impugnant hanc distinctionem Puffendorfius atq; Zieglerus, contrario prorsus, à D. Textore, modo, quod omnes militum actus bellici censeantur in publico ministerio fieri. At quid, si contra expressas prohibitiones Ducum milites excurrant, an de his dici poterit, in ministerio publico versari? & tamen quod hosti eripiunt, acquirunt, cum per istam prohibitionem obiectum non mutetur, nec res hostilis occupabilis esse desinat, utut illi, quò modo prohibito ceperint, pœnam sint meriti. l.) c. 6. n. 10. & 13.

m] c. 6. n. 22.

n] c. 6. n. 11. o.) c. 6. n. 12. add. Zouchæus Jur. Fec. p. 1. f. 8. n. 1.

p] c. 6. n. 14. ubi de Græcis, deinde Asiaticis, Africanis, Francis, Romanis aliisque populis; præponi debuissent Hebræi, de quibus eodem modo servatum constat, in excidio Jericho præda DEO dicari iussa est, Josuz VI. 19. 24. adeo, ut cum Achan ex illa aliquid claus abstrulisset, sibiq; retinisset, lapidatus fuerit crematusq; Jos. VII. 26. in expugnatione Ai, iussu DEI, tanquam summi Imperantis in Republica Hebræorum Theocratica, dividatur præda in populum Israeliticum, Josuz VIII. 2. & 27. idem in occupatione aliarum civitatum contigit. Vid. Josuz XI. 14. in bello contra Amalekitas, fecit David, Rex, 1. Sam. XXX. 24: & n. 25. expresse subjungitur, abhinc id apud Israelitas in jus & morem abuisse, de quo prolixius tradit Seldenus VI. 16.

q] Grot. c. 6. n. 15. r.) inde à c. 6. n. 16. ad n. 21.

COL-

COLLEGIUM GROTIANI,

EXERCITATIO XIII.

Respondens

WILHELMO HARTMANNO CRANTZIO,

Giessensi Hasso.

III. Quæ hæcenus dicta sunt, jure gentium mero nuntantur, *civili* autem *jure* aliter induci posse, non repugnat, sicut nunc *tacita consuetudine* ubique ferme receptum est, ut sua faciant, quæ capiunt *socii*, aut *subditi* qui *sine stipendio* & suo sumtu suoque periculo bellum gerunt, quos *voluntarios* vulgo appellant. & in *sociis* quidem ratio est evidens, quia *naturaliter* socius socio tenetur ad reparationem damnorum, quæ ob negotium commune aut publicum eveniunt, credibile ergo est, nisi causa alia appareat, puta aut *beneficentia* mera, aut *contractus* s] antecedens, *spem ex hostibus lucranda* spectatam in damni & operæ compensationem. t] In *subditis* id non æque evidenter procedit, quia hi operam civitati suæ *debent*, sed contra occurrunt, quod ubi non omnes sed *aliqui militantes*, his ipsis à corpore civitatis retributio debetur ejus, quod *plus cæteris* operæ aut sumtus *impedunt*, multoque magis *damnorum*, in cujus retributionis certæ locum *spes prædæ* totius aut partis incertæ facile, nec sine ratione conceditur; u) id quod tamen diversimode fieri solet, nam in universum, *militibus* etiam *stipendiariis*, per *donationem* aliquam, populi concessu, capere licet quædam tam *exigua* quæ publicari digna non sunt. x] in *voluntariis* autem, ubi *remuneratio* est, si *navalis* sit militia, inter societatem Admiralitatis & publicum, aut eum qui ex publico jus suum trahit, fit *partitio*, y) aut *terrâ* nunc passim usurpatur, ut in *direptionibus* oppidorum & *præliis*, quisque *suum* faciat

V 2

quod

quod cepit, in excursibus vero capta communia fiant eorum qui in comitatu sunt, inter ipsos pro dignitatis ratione distribuenda. z) Quæ omnia nosse ideo interest, ut si forte hoc nomine in iudicio controversia ageretur, rem ei adjudicemus, cui favent leges tales aut consuetudines, vel earum defectu, ipsum jus gentium. a) Cæterum quæ res hostium non sunt, etsi apud hostes reperiantur, capiendum non fieri, jam dictum est, si quod tamen *in illis rebus jus* habuit hostis, quod possessioni connectatur, puta pignoris, retentionis, servitutis, id quo minus capientibus acquiratur nihil obest, etiam, si solum gentium jus attendas, ubi *in solo pacato* captura contingit, b) sed non nisi in *bellis solennibus*, de aliis secus est. c)

s] *hodie enim specialibus pactis super his convenire solent socii, qualium exempla Ministerio cardinalis Mazarini & Brachetii Historia subjuncta reperiuntur. Quomodo Veneti, prædam, ex victoria contra Turcas, A. 1571 partiam, dividerint cum sociis, Pontifice ac Hispanis, descripsit Thuanus L. XLVIII.*

t] Grot. c. 6. n. 23. u] Grot. c. 6. n. 24. x) *quam ea fuerint, apud Romanos, Gallos, Hispanos, tradit Grotius: addi possunt instituta aliorum populorum. Apud Suecos, oppida, arces, vici, munimenta expugnata, ibiq, aut in castris deprehensa tormenta maiora, cum adpertinentibus instrumentis, pulvere pyro commeatuq, Regi, cætera, militibus cedunt, detracta parte decima pro agrotis. Jur. mil. Tit. XIX. art. 86 Apud Hollandos, præda ex hostibus capta, intra 3. horas summo Duci debet indicari, qua annotatur venditurq, postea, si quis retinet, ac vendit ipse, capite plebitur. Jur. mil. art. 63. 64. Jung. in Imperio nostro, Suis Knechts West. de A. 1570. art. 62. Ferdin. III. Articulis. Brieff. de A. 1642. art. 67. Articulis Brieff der Reichs Vöcker de A. 1672. art. 73. Jus militare Danicum, art. 125. 126. Brandenburgicum, art. 68. Helveticum, art. 71.*

y) *Mores Hispanorum, Gallorum, Hollandorum, recenset Grotius. Suppleri potest, quod in Suecia, præda in solidum societati cedat, neq, Rege neque Admiralio ullam partem præsentante, nisi præda*

præda opæ regiarum navium acquisita sit, ubi inter Regem & societatem aquâ ratione sit divisio. Vid. Privilegia Regia societati Australi A. 1626. concessa, art. 27. in Dania ac Norwegia, dimidia pars Regi, altera navium instructoribus cedit, ut constat ex consilio Hannibalis Scestati, circa rei navalis defensionem adornato, & à Rege A. 1646. confirmato, cap. ult. §. 7.

2] Grot. d. n. 24. a] Grot. c. 6. n. 25: b] Grot. c. 6. n. 26. c] n. 27.

IV. Interim non illico peccato vacat, aut etiam à restitutione immunis est, qualiscunque rerum hostilium in bello justo captura. Quippe generaliter si *Temperamentum aequitatis* spectemus, non ultra licitum est capere aut habere, quam *causa* subest *debendi* in hoste; d] cum autem deberi nobis aliquid possit dupliciter, vel *ex contractu*, aut ob inæqualitatem rerum, vel *ex delicto*, potest ex utraque causa acquiri res hostilis, sed cum eo discrimine, ut in *priori* debito, etiam *res subditorum*, quæ velut fidejussionis nexu jure gentium obligatæ censentur, capi possint; in *posteriori* vero, *res tantum debentis* Principis aut populi. e] Acquiri autem Possunt non tantum ad consecutionem *debiti primarii*, unde bellum ortum est, sed & *subnascentis*, quod *sumtus bellicos* & *omne id quod interest*, continet, f] Cæterum summo etiam jure hic uti, *humanitatis* regulæ prohibent, quæ duo propterea victorem monent, *unum*, ut his qui *extra culpam* sunt belli, quique non alio quam *fidejussorio* nomine obstricti sunt, relinquuntur res istæ, quibus nos facilius, quam illi careamus præsertim vero, si latis appareat, illos ipsos id quod eo modo amiserunt, à civitate sua non recuperaturos: *alterum*, cum in *subsidium* introductum sit jus hoc in bona subditorum innocentium, quamdiu spes est, nos nostrum satis facile consequi posse ab originariis debitoribus, ad eos, qui culpa vacant, veniendum non esse. g]

d] *proportionem hanc præclare explicat* Textor c. XVIII. n. 5.

e] Grot. c. 13. n. 1. 2. f] Grot. c. 13. n. 3. g] Grot. c. 13. n. 4^a

Ad lib. III.
Cap. VII.
juncto
Cap. XIV.

Quoniam in bello *captura* fit non modo rerum sed & *hominum*, eorumque tam *singulorum*, quam *universorum*, qualis ea sit, specialius noscendum est. Si *rigorem juris gentium* attendas, præsertim *Veteris*, eo patet, ut *servi fiant omnes omnino bello solenni publico capti*, ex quo scilicet *intra præsidia* deducti sunt, h) neque tantum ipsi, sed & *posteri* eorum in perpetuum, nempe qui *ex matre serva* post servitutem nascuntur, i) cujus servitutis effecta sunt, ut nihil non in servum *Domino* impune liceat, & cum persona omnes *res* acquirantur, *corporales* æque, k) ac *incorporales*. l) Hujus juris introducti causa ea fuit, ut *res commodis deliniti captivos libenter abstinerent à summo illo rigore*, quo *captos* & *statim* & *post moram interficere poterant*. m) Cuiam autem, qui ita capiuntur, cedant, ex his quæ de præda diximus, definiendum est, si quidem jus gentium homines & res hæcenus æquavit. Illud magis dubium, *an ita captis fugere fas sit*, quod tamen recte expedivit Grotius, cum *jus* hoc dominii plerumque non nisi *externum* sit, ex quo non sequatur, *animo* quoque *religionis* vinculum injici, licere, quoad fidem expressam, aut *jusjurandum* captor non exegerit. n) hoc vero certum est, servum talem *domino*, *jus* illud externum exsequenti, *resistere illæ justitiæ officio, non posse*. o) Cæterum si cur *jus istud gentium* nec olim semper aut ab omnibus fuit receptum, p) ita nec *hodie* inter Christianos, apud quos *juris gentium recentioris* est, mos captos custodiendi donec persolutum sit pretium vel lytrum, q) *Jus* autem hoc *captos servandi* solet concedi *singulis*, qui ceperunt, r) extra personas *eximia dignitatis*, in has enim *Reipublicæ* aut ejus capiti *jus* dant plerarumque gentium mores. h) Grot.

- h] Grot. c. 7. n. 1. i] Grot. c. 7. n. 2. k] Grot. c. 7. n. 3. l] Grot. c. 7. n. 4. add. III. 20. 12. Pufendorf. *IX.* 6. 22. Burger. *cons. i. obs. 25.*
- m] Grot. c. n. 7. n. 5. n] c. 7. n. 6. *ita* & Vasquius *Cont. Illust. l. 9. 21.* add. Pufendorf. *IV.* 10. 7. *Dissentiunt vero D. Zieglerus p. 557.* & D. Osiander p. 147. o] Grot. c. 7. n. 7.
- p] Grot. c. 7. n. 8. *qua de solo Francorum heic traduntur, quod illic in libertatem proclamare servis liceat, eadem de Gallia & Belgio referant Boërius ad Consuet. Bitur. Tit. 1. §. 1. Mornac. ad l. 19. π. ex quib. caus. maj. & Christinæus IV. Decis. Belgic. 80. num. 3. in rationem vero juris illius inquisivit Feltmannus Resp. Milit. IX. n. 7.*
- q] *iam ante 300. annos cepit. Vid. Textor. c. XVIIII. n. 41. detinentur autem interea quasi pignoris nexu. Conf. Grot. III. 21. 29. Mantica de tacit. & ambig. convent. L. II. tit. 12. num. 9. ideoque liberi sunt ratione juris, sed libertatis exercitium restringuntur per custodiam. Textor d. l. n. 50. Eodem modo quo Christiani, etiam Mahumetistæ, inter se servant, inter ipsos tamen Christianos & Mahumetistas vetus ius gentium, atque inde prefluens vera servitus obtinet. ut ad hos, qui ita capti sunt, omnia ea, qua de servis olim constituta sunt, pertineant. Vid. Alber. Gentil. III. 9. Strauchius Jur. Inssin. l. 17. Textor. c. XIII. n. 42. seqq. Ludwel. de Ult. Volunt. c. 2. Vinnius ad §. 2. j. de iur. person. Quam severe autem à Turcis capti habeantur, Busbequius in epistolis, & Bartholomæus Georgievizius, propria experientia edoctus, descripserunt.*
- r] Grot. c. 7. n. 9. *Inspicienda hic sunt leges militares. Apud Suecos, debent capti Regi aut belli Duci prius offerri, qui, si captos suis servitiis retinere vult, honorarium capienti solvit, si minus, captor tyron, consensu tamen summi Ducis constitutum, sibi retinet. Tit. XIX §. 88. Apud Hollandos, captus adhuc ante vesperam Duci exhibendus est, si colonellus aut ex primariis officialibus quis sit captus, captori honorarium datur, quale tamen quingentos florenos excedere nunquam debet, ex ceteris captivus nullus sine permisso summi Ducis potest dimitti. art. 60 61. Quomodo in Imperio nostro servetur. vid. Maximil. II. R. X. art. 62. Neuter Bestall. art. 94. 95. Articul. Brieff der Reichs Völscher. de A. 1672. art. 74. add. Jus militare Danicum, art. 124. Brandeburgicum, art. 70.*

II, Quod

II. Quod *temperamentum aequitatis* attinet, ubi *in more* est vera captivitas ac *servitus*, ea ad rerum instar primum *limitanda* est, ut eousque solum licita sit talis acquisitio, quousque *debiti* aut *primarii* aut *subnascentis quantitas* patitur, s) in qua æstimatione *recti officium* ea quoque adhibere jubet *discrimina*, quæ circa interficiendos hostes attulimus, in universum quoque notandum est, jus illud quod *quasi ex fidejussione* pro civitate oritur, neutiquam tam late patere, quam jus quod *ex delicto* nascitur in eos, qui *pœna servi* fiunt, unde facile apparet, quantum distet id quod *impune* in servum fit *ex gentium jure*, ab eo quod *naturalis ratio* fieri sinit. t) Hoc ergo *jus vita & necis*, quod Domino tribuitur, nil aliud continet, quam ut *domesticam* habeat *jurisdictionem*, sed nimirum eadem *religione* exercendam, qua publica exercetur, u) unde heic non minus, quam circa minores pœnas, puta *verbera*, usurpanda est *æquitas*, imo & *clementia*, x) quin & *opera* cum *modo* exigendæ sunt, & *valetudinis* servorum humanæ habenda est ratio. y) Et cum pro opera servo *alimenta* debeantur, etiam *beneficii* in eo materia est, si quid fecerit quod servilis officii modum excedat, in cujus compensationem vergit, si *peculium* aliquod, jure proprio ipsi permittatur. z) Intra hosterminos si subsistatur, concedi forte debet, ei, qui *justo bello* captus est, fugere *fas* non esse. a) Illud autem dubium est, *an & è servis nati Domino teneantur interno jure?* in cujus tamen quæstionis definitione Grotio penitus consentio, b) Cæterum ubi *servitus bellica*, non est in usu, sed mos custodiendi obtinet; optimum est *permutari* captivos, c) proximum *dimitti pretio non iniquo*, quod quale sit, ingenere definiri nequit, sed *humanitas* docet, non ultra debere intendi, quam *deducto ne*

egce

exeat captus rebus necessariis. d) Interim vero dum captus est, ut hospes, eoque leniter, est habendus. e)

s] Grot. c. 14. n. 1. t] Grot. c. 14. n. 2. u] Grot. c. 14. num. 3.

x] Grot. c. 14. n. 4. add. l. 1. 2. π. de his qui sui l. al. jur. t. t. G. de commend. serv. y] Grot. c. 14. n. 5.

z] Grot. c. 14. n. 6.

a] Grot. c. 14. n. 7. add. Hugo du Roy L. 1. tit. 6. n. 8. b] *qua habetur c. 14. n. 8. add. Alber. Gentil. II. 16. Selden. VI. 8. Pufendorf. VI. 3. 9.*

c] *Qua ratione ista permutationes fiant, in genere definitur ne quis, si sint officiales utrinque, tamen non semper respicitur ad paritatem officii, ut tales invicem permutantur, sed potius ad utilitatem, quam captus hosti prestat, ita saepe Ducem cum Legato, vidimus commutari, cuius rei ratio ex l. 31. pr. de solut. sumi potest, quod inter artifices longa differentia sit ingenii. At inter gregarios milites exacta invicem servatur aequalitas, dimissis singulis pro singulis, quia illi non sunt artifices, sed horum instrumenta, quorum efficacia equalis habetur, secundum l. 13. C. de contr. Et com. stip. Quod si magna inaequalitas inter utriusque captos, uni opponuntur plures, ut in bello Hispano-Belgico, Mendoza soli, omnes Belga capti, ap. Meteran. p. 11. L. 22. A. 1601. antiquiora exempla refert Bœcler. Mil. Caps. p. 166. seqq. An, si pro dimisso permuandus interim moriatur, ille nihilominus liber fiat, an teneatur redire? asserunt prius, Alber. Gentil. II. 15. p. 327. Hoier. ad art. 70. Iur. Mil. Brand. p. 435.*

d] *Pretium hoc? Cui medii ari ransomem seu finantiam dicunt, Vid. Boer. Decis. 178. n. 3. secundum rigorem juris gentium, aestimatio eius est in arbitrio victoris. Grot. c. 7. n. 9. Alber. Gentil. II. 15. p. 332. Textor. XVIII. 54. Burger. I. observ. Mil. 33. qui vel extendere potest ad victi bona omnia, imo etiam collationem suorum agnatorum. Vid. Feltmann. Resp. Mil. IX. n. 42. seqq. Philipp. L. 1. oclog. 37. n. 11. Sed æquitas vult, ut moderate fiat, quibus autem terminis hoc circumscriptur, non conveniunt. Varias aliorum opiniones vide ap. Salicetum in L. 1. ab hostibus. n. 18. C. de Captiv. Stammius de servit. L. 1. s. 3. n. 15. 16. Ayalam L. 1. c. 5. n. 27. Alb.*

Gentilem *II. 15. p. 334.* Burger. *cent. 1. obs. 37.* Befoldum & Speidelium voce *Ransion.* Plerumq; pactis expressis super his convenitur, quæ olim Quartier appellari solebant, sicut ea vox adhuc in iure militari Danico extat, hodie dicuntur Cartel, quod vocabulum superiori bello tricennali ortum putat Philippus in *Eclogis.* Exempla, quo modo *A. 1645.* inter Imperatorem & Succiæ Regem convenerit, per singulas militum classes, refert Hoierus ad *Jur. Mil. Brandeb. art. 70.* ejusdem pacti leges receptæ etiam fuere *A. 1657.* Sueco Danico bello. Inter Regem Hispaniæ Archiducemque Austriæ, ac Fœderatos Belgii Ordines, *A. 1602.* inita, ac *A. 1622.* renovata anteaq; pactio, extat apud Feltmannum *Resp. Milit. IX. n. 76. seqq.* qui etiam, quales novissimo bello, *A. 1672.* inter Colonientes Monasteriensisque ac Belgas, atq; *A. 1673.* inter Gallos & Belgas, sint confecta, eodem loco, n. 80. & 82. exhibuit. An autem, quod sic solverunt hunc militum, à Duce repetere possint? negant Heigius *p. 11. q. 32. num. 5.* Burger, *cent. 1. obs. 34. add. late Erod. Rer. judic. L. X. Tit. 2. c. 1.* Caserum non omnes hunc solvere coguntur, excipiuntur regulariter, 1. fœminæ & liberi. *Vid. Hoier ad art. 70. Jur. Mil. Brand. p. 438. 2. in captivitate mortui. Hoier. d. l. 3. Pastores. præjudicia, novissimi belli Gallo-Belgici, & superioris Hispano-Belgici, ap. Feltm. Resp. Mil. IX. n. 71. & 76. quanquam nuper, pactis inter Colonientes Monasteriensisque factis, iussi sint redimi, pretio significis constituto, observante eodem Feltmanno, n. 80. 4. Studiosi, de quibus iterum Fekman. l. c. n. 68. & 74.*

e] *Conf. Alb. Gentil. II. 15. p. 333.* Burger. *Cent. 3. observ. 19.* Hoier. ad *art. 70. Jur. mil. Brandeb. p. 437.* De modo, quo habendi sint captivi, aliquando & specialibus pactis conveniunt, exemplum in bello Hispano-Belgico *A. 1602.* factum, habetur ap. Feltman, *Resp. Mil. IX. n. 78.* & in conventionem, quam, super redemptione captivorum, proximo bello, Colonientes ac Monasterienses primum, deinde & Gallos, cum Batavis iniisse, diximus, de his quoque prospectum legimus, illa quidem num. 6. hæc autem num. 12. seqq. Ad datur de toto hoc argumento singularis Dissertatio Bœcleri, cui titulum fecit, *Miles captivus.*

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO XIV.

Respondens

J. C. FABRICIO.

I,

Aquisitio personarum *universalis*, consistit in *subjectione* Reipublicæ hostilis, quatenus ea *sub imperium* victoris redigitur. f] Potest autem *jure gentium* imperium victori acquiri, *mere civile*, idque dupliciter, vel tantum *ut est in Rege* aut alio imperante, & tunc *in ejus* duntaxat *jus* succeditur, non ultra, vel etiam *ut in populo* est, quo casu victor imperium habet ita, ut & alienare possit, sicut populus poterat, fitque hoc *regnum patrimoniale*, sicut illud *non patrimoniale*. g) potest & *mere herile* effici, ut quæ civitas fuit, esse desinat, sive ita, ut *accessio* fiat alterius civitatis, ut romanæ provinciæ, sive ut nulli civitati ad hæreat, regenda non ad populi, sed *familia* modum. h) potest denique *mixtum* fieri illud imperium, ex civili & herili, nempe ubi *servitus miscetur*, cum aliqua personali libertate. i] Sicut autem res quæ singulorum fuerant, jure belliis acquiruntur, qui eas sibi subjiciunt, sic & *res universitatis* eorum fiunt, qui sibi subjiciunt universitatem, *si ipsi velint*, idque verum est, non solum de rebus *corporalibus*, sed & *incorporalibus*, nam qui dominus est personarum, idem & rerum est & juris omnis, quod personis cohæret. k]

f] de his vid. Alb. Gentil. III. 10. & II.

g] Grot. c. 8. n. 1. *qua hic à Commentatoribus D. Zieglero. p. 559. & D. Osiandro p. 1477. Grotio opponuntur, contra Grotium revera non sunt, neque enim unquam Majestatis divisionem in realem & personalem ille admisit. Quomodo autem Grotiana intelligi debeant, ex superioribus notum esse potest, imprimis l. 3. II. & II. 6. 3.*

X 2

h] Grot.

h) Grot. c. 8. n. 2. i) Grot. c. 8. n. 3. k) Grot. c. 8. n. 4. add. Puffendorf. *II*X. 6. 22. 23.

II. Sed *Temperamentum aequitatis* etiam hanc acquisitionem *moderandam* esse jubet. Equidem iusto bello, ut alia acquiri possunt, ita & *jus imperantis* in populum, & *jus* quod in imperio habet *ipse populus*; sed nempe quatenus fert aut *pœna* vel *vindictæ* nascentis *ex delicto*, aut *alterius debiti* modus. l) si autem victor alias *securus* esse potest, *laudabile* ei est, hoc jure in victos abstinere, propter *humanitatem*, quam veteres varie demonstrarunt, penitus *ignoscendo*; m) victos victoribus *miscendo*, ut unus populus fiat; n) *relinquendo* imperium his, qui habuerunt; o) *praesidium* victis *imponendo*; p) ac denique *tributa* aut similia onera *imponendo*. q) atque hæc omnia eo magis facienda, quod victoribus etiam *consultum* sit ac utile, sicut *variis exemplis* illustravit Grotius. r) Quod si *minus securus* sit, ubi omni imperio abstinetur, *semperari* tamen res potest, ut *pars imperii* victis relinquatur; s) aut saltem illis circa res *privatas & publicas minores* suæ *leges* sui que mores & *Magistratus* relinquuntur; t) ac *avitæ religionis* usus, qui illis nisi *persuasus* eripi non debet. u) Tandem ubi *plurimum & quasi herile* factum sit imperium, nihilominus *elementer habendi* sunt victi, ita ut eorum utilitates cum utilitatibus victoris socientur. x)

[] Grot. c. 15. n. 1. m] Grot. c. 15. n. 2. add. Forstner. *ad XII. Annal. Tac. p. 118.* n] Grot. c. 15. n. 3. *ita Carolus M. Saxonibus de victis fecerat, ut est ap. Eginhartum.*

●] Grot. c. 15. n. 4. p] n. 5. q] n. 6. r] n. 7. & 8. add. *que proferruntur, ubi de coercendis civitatibus consultatur, ap. Arnif. relect. pol. L. 1. c. 5. f. 6.*

s] Grot. c. 15. n. 9. *plura exempla ap. Cæsarem de Bell. Gall. 1. 28. IV. 21. V. 25. & 54. VI. 8. Tacitum XII. Ann. 1031. Justinum 1. 7. 1. XI. 5. 3.*

[Grot.

e] Grot. c. 15. n. 10. *ii. a. Carolus M. Bavorarius permisso*, *ut ex antiqua Apilolfingorum gente Duces sui legerentur.*

u] Grot. c. 15. n. 11. Alb. Gentil. *III. II. p. 558.*

x] Grot. c. 15. *num. 12.*

T.

Diximus acquisitionem rerum hostilium ejusve durationem ulteriorem aliquando abrumpi, *jure postliminii*, a) de quo, quanto confusus egerunt medii ævi Jcti, eo distinctius incessit Grotius. Est vero illud nihil aliud, quam *jus*, quod nascitur ex *reditu in limen*, id est fines publicos, tam nostros, quam amicorum vel sociorum nostrorum, b) Ratione *objecti*, quod duplex habet, *personas & res*, etiam in duas species distinguitur, ut aut *nos revertamur*, aut *aliquid recipiamus* postliminio. c) Utrumque vel ex *gentium*, vel ex *civili jure* æstimari potest. Jure gentium, & quidem *vetere in pace*, postliminium est his, qui non virtute bellica superati, sed fato suo in hostico deprehensi sunt, quos, ad minuendas hostium vires, manente bello retineri, non iniquum videbatur, bello autem composito, nihil obtendi poterat, quo minus dimitterentur, nisi expressis pactis aliter conventum sit, d) At *in bello* postliminio *redeunt*, *singuli homines*, qui antequam caperentur *liberi* fuerant, sive id fiat *vi bellica*, sive *dolo*, aut ab hostibus *sponte traditi* sint, vel ab iisdem *venditi* commercio ad suos redierint. e] Liber autem homo, postquam sic rediit, non *se* tantum *sibi acquirit*, sed & *res omnes* quas habuerat apud populos pacatos, sive *corporales*, sive *incorporales*, f) atque inter has, sicut *jura activa* ad redeuntem redeunt, ita *passiva* in ipsum restituantur; g) quæ omnia tamen ita accipienda sunt, si *nulle pactioes* cum hostibus præcesserint. h] Ceterum eodem modo redit quoque *universus* aliquis *populus*, ut, qui liber fuerat,

Ad Lib. III.
cap. IX.
juncto
Cap. XVI.

fuerat, suam recipiat libertatem, si forte eos vis sociorum eximat hostili imperio, nisi jam ipsa multitudo, quæ civitatem constituerat, dissoluta sit. i) Potest autem *jure civili* ipsum postliminium, quod ea attinet, quæ *intra civitatem* aguntur, & *adstringi* additis exceptionibus aut conditionibus, & *produci* ad alia commoda, quod exemplis *legum, Atticarum præsertim ac Romanarum*, Grotius illustravit. k]

a] De postliminio paucos habemus commentarios, ea autem, quæ Interpretibus Romani juris, ad titulum de captivis & postliminio reverts, sunt tradita, vix nominari merentur; nisi quod eâ occasione Lazarus Bayfius in repetitionibus, & Nicolaus à Salis, in Sicilimentis suis, quedam non spernenda attulerint, extat præterea Johannis Durandi Hispalensis, de postliminio inter liberos & fœderatos populos, liber, Roma editus, & Responsum aliquod, in causa postliminii scriptum, à Petro Cunzo, quod orationibus ejus subjunctum est. Voluerat Illustris Strauchius Noster, idem argumentum excolere, quando de postliminio rerum Imperii ex pacificatione Westphalica, singulare opusculum meditabatur, sed graviores primùm labores, ac ipsa deniq; mors Beatissimi Viri, laborem istum, longe nobilissimum futurum, quod ex primis lineis videre licuit, seculo inviderunt. Ex Doctoribus Jurispr. Univ. præter Grotium, videndi sunt Alb. Gentilis III. 17. Pufendorf. IIX. 6. 25. Textor. XVIII. 77. seqq. add. quedam hujus generis apud Petr. Arodiu, tit. de Captiv. & postl. Elbert. Leoninum. L. II. Emend. c. 6. Connan. L. III. c. 14. Dauren. de usuc. c. 8.

b] Grot. c. 9. n. 2. Alb. Gentil. Advoc. Hist. L. I. c. 1. an autem socii hic intelligantur qualescunq; cum quibus pax est, an præcise, qui partes in bello easdem sequuntur, non conveniunt, prius contendunt, Zouchæus Jur. Feclal. p. II. f. 8. n. 2. Marquartus de Jur. Commerc. L. I. c. 15. n. 30. posterius, præter Grotium, Antonius de Gamma Decif. L. III. 384. n. 5.

c] Grot. c. 9. n. 3. d] Grot. c. 9. n. 4. e] Grot. c. 9. n. 5. f] Grot. c. 9. n. 6. g] n. 7. h] n. 8. i] n. 9. k] n. 10.

II. Inter ea, quæ *jure gentium* postliminio recipiuntur, sunt *persona & res*, ac illæ primum singulæ, *servi & ancilla*, quamprimum aut revera habentur à veteri domino, aut haberi facile possunt. l) Deinde universæ, *populus* nimirum, qui *subjectus* alieno imperio fuerat, is enim, si sociorum aliquis eam hosti eripuit, in veterum causam recidit, nisi sociali fœdere aliter cautum sit. m) *ex rebus* prima occurrunt *agri*, qui recipiuntur expulsis hostibus, quod intelligitur, ex quo aperte eo accedere amplius non possunt; quale vero de agris jus est, idem est & de omni *jure* quod *adheret*, nam & hoc cum ipso loco statui pristino restituitur, n) de rebus *mobilibus* generalis in contrarium est regula, ut, etiam si intra fines hostiles perductæ fuerint, non tamen postliminio recipiantur, sed *in prada* sint, ita ut commercio paratæ, maneat eorum, qui emerunt. o) equidem *olim* excipiebantur, res quæ *in bello usum* habebant, naves, muli, equi, & equæ, ut in his esset postliminiû, sed postea ea differentia sublata est, ut *hodie*, jus gentium res mobiles indistincte postliminio eximat. p) Ex vero res quæ intra præsidia perductæ nondum sunt, quanquam ab hostibus occupatæ, ideo postliminii non egent, quia dominium nondum mutarunt ex gentium jure, & quæ *pirata* aut *latrones* nobis eripuerunt, non opus habent postliminio, sed, ubicunque reperiuntur, vindicari possunt. q) Quæ omnia tamen juris gentium haberi, atque ita accipi debent, nisi *legibus civilibus* aliter constitutum sit, quod non solum fieri posse, sed & factum esse, Grotius *exemplis* ostendit, r) ex quo etiam quale *nostris temporibus*, præsertim *inter Christianos*, circa postliminium, *jus gentium* sit, & quatenus *vetus* illud jus gentium locum habere vel non habere possit, condiscere licet. s)

l) Grot.

l) Grot. c. 9. n. 11. *ibid*; Zieglerus. m) Grot. c. 9. n. 12. n) Grot. c. 9. n. 13. o) Grot. c. 9. n. 14.

p) Grot. c. 9. n. 15. *add.* Alb. Gentil. III. 17. p. 627. Loccen. *Jur. Maritim.* p. 142. n. 4. Graef. *Jur. Publ.* IV. n. 25.

q) Grot. c. 9. n. 16. *add.* Zouchæus *Jur. Feodal.* p. 11. f. 8. num. 15. Loccenius p. 143. Carpzov. *Jurisp. For.* IV. 35. 9.

r) Grot. c. 9. num. 17. 18. s) Grot. c. 9. n. 19.

III. Sed & hic *temperamentum aquisatis* versatur circa ea quæ jure gentium postliminio carent. nam si *causa belli* fuit *injusta*, cum jure interno à latrocinio id nihil distet, *omnia restituenda* sunt illis, quibus fuerant crepta, nec *ab iis* tantum *qui ceperunt*, sed & *ab aliis*, ad quos res quoquo modo pervenit; t) id quod etiam populos quondam fecisse legimus. u) Quanquam si commercio res talis ad aliquem pervenerit, nondum expeditum sit, an is ei, cui res fuit crepta, pretium à se numeratum imputare possit? nisi quod Grotii sententia verior sit, & receptior inter præclari nominis J Ctos, *posse imputari*, in quantum ipsi qui rem amiserat, valitura fuerat *desperata possessionis recuperatio*, in quod etiam venit *æstimatio laboris & periculi*. x) Sicut autem res domino reddendæ sunt, ita & *populi*, & *partes populorum*, his, qui jus imperii habuerant, aut etiam sibi, si sui fuerant juris, ante vim injustam; y) Quæ omnia vera sunt, nisi tantum *temporis spatium* effluerit, quo reddendæ rei internæ obligatio possit extingui, quod *inter ejusdem imperii cives*, definiendum est *ex legibus* eorum, *inter eos* vero, qui alii aliis *externi* sunt, ex *sola conjectura derelictionis*. z) Quod si *causa belli* est *dubia*, optimum est quasi transactionis illud *Consilium Arati* sequi, qui partim *novis possessoribus* persuasit, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent: partim *veseribus dominis*, ut commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quam recuperare. a)

t) Grot.

ε] Grot. c. 16. n. 1. η) *exemp. ap.* Grot. c. 16. n. 2. x) Grot. c. 16. n. 3. *jun-
cto ll. 10. 9.* γ) Grot. c. 16. n. 4. z) Grot. c. 16. n. 5. a) Grot. c. 16. n. 6.

Quoniam occasione belli in eos, qui medii sunt, præsertim *Ad Lib. II.
Cap. XVII.*
si finitimi, multa patrari solent, in quos tamē jus belli-
cum nullum competat, igitur quousque id licitum sit, tam
belligerantium, quam mediorum officio, atque hinc nixo
jure Neutralitatis, b) æstimari debet. Et quidem *belligeran-
tium officium* est, ut à pacatis nihil sumant, nisi in *summa ne-
cessitate*, ubi tamen *restitutio pretii* est necessaria; c) sicut et-
iam ab illis semper observatum vidimus, quos inter exacta
cura *provisus* rerum necessariorum, & bene soluta *stipendia*,
& vigor *discipline* obtinebant, d) ac hodie quoq; facile præ-
staretur, si ea ipsa disciplina militaris non esset tam gravi-
ter prolapsa, cujus rei causa, cum in *Reges* aut summos *Du-
ces* redundet, quin hoc nomine rei sint, non est dubitandum,
præsertim qui quæ debent stipendia militibus non solvunt,
non tantum *militibus* tenentur de damnis inde secutis, sed
& *subditis* suis, & *vicinis*, quos inediâ coacti milites male ha-
buerunt. e) Vicissim *mediorum officium* est, nihil non facere,
quod eos medio quasi loco conservet; igitur nihil agere
debent, quo validior fiat, qui *improbam* fovet *causam*, aut
quo justum bellum gerentis motus impediatur: in *re vero
dubia*, & quos se præbere utrinq; in permittendo transitu,
in omneatu præbendo legionibus, in obsessis non suble-
vandis, ac similibus, de quibus etiam cum utraque parte
specialibus *pactis* conveniri solet. f)

b) De Neutralitate *pecuniarem Commentarium* scripsit Guilielmus
Neymeierus, & *præclaram dissertationem*, Illustris Bœclerus, cui
titulus, *Quæres in turbis*, add. nota *Ejus in Vellej. I. 9.* Chr. Befoldus
de Jur. Fœder. c. 8. Jo. Bodinus *de Rep. V. 6.* Just. Lipsius *Pot. V. 9. 86.*
Nic. Machiavellus *Princip. c. 21.* atq; illic *Doctissimus* Contingius

c) Grot. c. 17. n. 1. add. *Vir summus*, Ulricus Obrechtus. *Dissertatio-
ne, de Ratione Belli. c. 3. 5. seqq.* d) *exempla ap.* Grot. n. 2.

e) Grot. d. 1. add. Forstn. *ad Tac. ll. Ann. p. 180. seqq.* f) Grot. n. 3.

Ad lib. III.
Cap. XVIII.

Quid iustitiâ internâ in bello solentî liceat, secundum *actus publicos*, hæctenus traditum est, videndum etiam quid *privatim liceat*. Videri poterat, nihil licere, cum & Cato, filium suum non nisi *Sacramento militiæ obligatum*, in exercitu esse voluerit, existimans, quod alias jure cû hostibus pugnare non poterat. Sed sicut hoc non erat, *ex jure gentium*, sed ex singulari *disciplinâ militari Romanorum*, g) quam tamen aliorum etiam populorû mores ac leges sequuntur h) ira seorsim huc non valet. Nam *jus natura ac internum* si respicimus, videtur *in bello justo cuilibet concessum ea facere, quæ parti innocenti intra justum bellandi modum profutura credit*; i) nisi quod *mandatum* plerumque accedat generale aut speciale. Et *generale* quidem est, ubi vel *vocæ Imperantis*, k) vel *lege* etiam l) singulis jus datur. *Speciale* vero habere possunt, non hi tantum qui *stipendia* accipiunt, sed & qui *suo summu* militant, & qui, quod plus est, suis impensis *bellû* aliquod *solutum*, m) aut ejus *partem* n) administrant, quales sunt, qui *naves instruunt* ac sustentant, o) quibus vice mercedis conceditur, ut *capta sua* faciant. Quousque vero privatis hoc modo agere, illæsa *iustitiâ interna*, & *caritate* liceat, præclare Grotius exposuit, nam in respectu *ad hostem*, iustitia permittit eripere, *ad compensationem* usque ejus, quod aut ab initio belli aut ex post facto, civitati justum bellum gerenti debetur, atq; hæctenus illi sibi acquirunt, ne modus iste excedatur, quod *æquo arbitrato* æstimandum est: p) adversus *Civitatem* autem, cum qua contraxerunt, justum iustitiâ interna id ipsum erit, si *contractui æqualitas* insit, hoc est, si sumtus & pericula tanti sint quanti prædæ alea, nam si hæc spes multo plus valeat, reddendum erit civitati, quod supererit. q) Cæterum etiam cum *iustitia stricte dicta* non læditur, est quod hoc modo peccetur *adversus caritatem*, ut si appareat, talem prædationem præcipue nocivam non hosti-

um

um *universitati*, aut his qui *per se* fontes sunt, sed *innocentibus*, quod si accedat, ut ea de prædatione neque ad *finem bello imponendum*, neque ad hostium publicas *vires accidendas*, aliquod *notabile momentum* habeat, videtur *homine probo*, præsertim *Christiano* indignus esse is acquirendi modus. r) Evenit quandoque ut occasione publici belli, nascatur *privatum*, puta si quis *in hostes inciderit*, & *vita* aut *rerum periculum* subeat, quo casu observanda sunt, quæ de *necessaria defensione* supra s) diximus; nisi ubi *auctoritas publica* cum *privata utilitate* conjungitur, ut si quis magno ab hostibus damno affectus impetret jus ex rebus hostium damni sarcienti, cujus termini, ex jure repressaliarum definiendi sunt. t) At ubi *nullum mandatum* præcessit, & quis miles aut alius *damna* dederit, cum neque necessitas subesset, aut alia causa *justa*, *tenebitur ad sarcienda damna*, quod si tamen hæc adsit, *tenebitur suæ civitati*, cujus leges transgressus est, *non item hosti*, cui nullam fecit injuriam. u)

g) Vid. Grot. n. 1. De imperiis Manlianis. Gell. N. A. I. 13. IX. 13.

h) *ita jure militati Danico art. 92. nullus voluntarius miles toleratur, nisi qui in lustratione exercitus adsit.* i) Grot. d. l.

k) *ut Scipionis Nâsicæ, in Gracchum irruentis, apud Vellej. II. 3. add. ibid. Bœclerus. l) exemplum constitutionis Theodof. & Valent.*

Codici Theodosiano insertum, refert Tabor Hoptophor. c. 4. p. 142.

m) *ut apud Romanos, Fabii bellum Veiense. Vid. Liv. L. II. c. 4. Dionys. L. IX. c. 17. n) Vid Grot. n. 2.*

o) *tales sunt apud Batavos Directores, Cæp- Vaerders, Kruyffers. de quibus vid. Schockius de Imp. Mar. c. 23*

p) Grot. d. l. add. *qua supra de contractis Admiralitatis notavimus.*

q) Grot. n. 3. add. l. 8. de contr. emt. l. 12. de act. emt.

r) Grot. n. 4. & *in his terminis vera sunt, qua Schockius loco nominato attulit.* s) II. 1. 3. seqq; t) Grot. n. 5. u) Grot. num. 6.

i

SED hæc ad formam modumque belligerandi *nude spe.* Ad lib. III
 Statum pertinent, restat quid juris sit, *si promissum aliquod* Cap. XIX.
ab hoste antecessoris. Ubi quidem *generalis* quæstio de *fide hosti-*

bis servanda præmittitur, de qua diversimode alii x) sentiunt. Rectè autem Grotius, fidem, semel interpositam, deberi, asseruit, *hostibus quibusvis*, non solum qui *bello publico* tales sunt; y) sed & *Tyrannis & latronibus*; z) quemadmodum etiam, quæ alias contra hanc sententiam possent afferri, sufficienter confutavit, a) Atque hoc adeo verum est, ut & *subditis suis*, adversus Reges aut summas potestates *rebellantibus* si quid promissum sit, servari debeat, b) neque jure *supereminentis dominii* tolli possit c) præsertim ubi *jusjurandum* intervenit, d) cum plerumque *publici status* in civitate mutatio hoc modo soleat contingere. e) Quæ omnia juri *natura* satis conveniunt.

- x) Illustr. Pufendorf. *Elem.* I. 12. 22. *distinguit inter pacta que bellum finiunt, & que manente statu belli, circa quasdam res præstandas, inveniuntur. Illa efficaciter obligare, etiam jure natura: has autem secundum jus naturæ solum, pro lusoriis habenda esse, sed moribus gentium cultiorum introductum, ut obligent.*
- y) Grot. n. 1. de *jure divino*. Vid. Ezech. XVII. n. 13, 18. *Sed de fundamento, cur jure naturæ, ejusmodi promissa obligent, nescio an Grotio penitus possimus assurgere; quod, hostes qui sint, homines esse non designat, obligatio vero ex promisso, nascatur ex societate hominum naturalis. Nam si naturalia omnia jura hosti salva relinquerentur, sequeretur nec occidere, nec alio modo quocunque lædere eum, fas esse, & sic nulla omnino bella geranda essent, quod rectè vidit Feldenus; cuius ratio etiam solidior mihi videtur, fidem ideo hostibus deberi, quod quoad articulos istos, de quibus conventum, dissolutio illa societatis humana per bellum facta, velut correctæ, atq; hæcenus status pacatus restitutus sit. ex quibus, ni fallor, Pufendorfiana philosophia potest responderi; quanquam suam philosophiam Ipse Vir summus restrinxisse postea sit visus, op. Mai. IV. 1. 19. & de offic. II. 16. 5. Cæterum ratio ista Feldeniana generalius quoq; applicari debet, ut non solum ad pacta, que ad bellum non spectant, sed & hæc, que bello sunt propria, pertingat; neq; enim regula, de servanda fide, tam directe statui bellico repugnat, ac illa, que est, de non ledendis aliis.*
- z) Grot. n. 2. *junct.* II. 13. 15. a) n. 3. 4. 5. add. B. Strauchius de *Imper.* Mar. c. 9. n. 2. Franc. Hotomann. *quæst. Illustr.* VII.
- b) Grot. n. 6. *conf. que ad* II. 25. 6. *diximus.* c) Grot. n. 7. d) Grot. n. 8. e) Grot. n. 10.

COLLEGII GROTIANI,

EXERCITATIO XV.

Respondens

PETRO MÛSÆO, Holsato.

II. *Jure autem gentium* introductum est, ut, quæ in bello aut ejus finiendi causa promittuntur, adeo sint valida, ut ex causa metus injuste illati, invito eo, cui promissa sunt, in irritum deduci non possint, f) nisi talis sit metus, quem *jus gentium* ipsum improbat, g) alias hoc adeo verum est, ut promissio *hostibus* quoque *perfidis* facta, servanda sit. h) Potest tamen *duobus modis* contingere, ut quis à perfidiâ vacet, nec tamen id faciat, quod promissum est, *defectu* scilicet *conditionis*, i) & per *compensationem*, k) quod debitis *exemplis* Grotius illustravit.

f) Grot. n. 11. add. 11. 11. 7. 11. 13. 14. Alb. Gentil. III. 14. p. 595.

g) Grot. n. 12. add. III. 4. 19. h) Grot. n. 13.

i) Grot. n. 14. k) Grot. n. 15. 16. 17. 18. 19.

I.

Fides autem hostium inter se *specialiter* considerata, variis *conventionibus* sese exerit, alia enim *expressa* est, alia *tacita*; expressa, vel *publica* vel *privata*: publica, vel *summorum*, vel *inferiorum potestatum*: summorum, aut *bellum finit*, aut *bello manente vim* habet, l) quæ omnia reliquis capitibus prolixius Grotius excoluit. *Pactiones* inire, quæ *actu suo* bellum finiant, non nisi eorum est, quorum est bellum. m] hoc est, eorum, qui summi Imperii subjectum accidentale constituunt, quales in polyarchicis Rebus publicis sunt, vel *optimatum*, vel *populi consilium*, n] in Monarchicis, *Reges*, quanquam in his, ut *actu* hæc facultas, *exerceri* possit, nullo *impedimento* affecta esse debeat, neque *naturali*, uti est *judicii immaturitas*, vel *diminutio mentis*; neque *moralis*, quale apparet, in Rege *captivo*, aut *exsule*, quando

Ad Lib. III.
Cap. XX.

Y 3

regnum

regnum *non in patrimonio* habet, de quibus casibus *tribus* Grotius egit, o) addi potest quartus, ubi solus est Rex, cuius actus ad *consensum populi* alligati sunt.

l) *Vid. Grot. n. 1. m) Grot. n. 2. D. Textor. Synops. Jur. Gent. 6. 20. n. 7. seqq. n) Grot. n. 4. o) Grot. n. 3. add. Alb. Gentil. III. 14. p. 595. seqq. Bodin. de Rep. V. 6. Textor. c. 20. n. 14. seqq.*

II. Objectum, seu res ejusmodi pactionibus subjectas quod attinet, tam *publica* sunt, quam *privata*. Illæ quidem, *regnum* ipsum, aut *partes regni*, ejusve *bona corona*, quæ pacis causa transcribi in alios possunt, si regnum *patrimoniale*, à Rege solo, si *non patrimoniale*, à Rege, accedente populi, aut etiam specialiter partis alienandæ, consensu, p) secundum ea quæ supra sunt tradita; ex quibus etiam intelligi amplius potest, quomodo promissio tali Regis, *populus* ac simul *successores* obligentur. q) Quando autem *res privata* sic alienantur, *damnum* ex jure eminentis domini *compensari* de publico debet, t) quicquid etiam contendat *Vasquius*, quasi civitas non agnoscere debeat id *damnum*, quod bello *datum* est, cum id solum *respectu hostium* procedat, non *civium inter se*: s) neque distinctio admitti potest inter ea, quæ civium sunt *ex gentium jure*, & ea, quæ eorundem sunt *ex jure civili*, neutra enim *sine causa* ac *compensatione* auferri iisdem possunt, v) quanquam hæc inspectio, an ex *publica utilitate* tales res alienatæ, & quomodo his qui suum amiserunt, *damnum refarciri* debeat, Regem & subditos, ac civitatem & singulos spectat, nam *externis*, qui cum Rege contrahunt, ut efficaciter rem teneant, sufficit *factum Regis*, ita alienatis. u)

p) *Grot. n. 5. juncto II. 6. add. D. Textor. c. 20. n. 22. seqq.*

q) *Grot. n. 6. r) Grot. n. 7. Exempla Imperii nostri, vid. Instrum. Pacis Suec. art. X. XI. XII. XIII. Gallic. art. 70. add. Bœcler. Notis. L. XLIX. p. 197.*

s) *Grot. n. 8. t) Grot. n. 9. u) Grot. n. 10.*

III. Pacis *conditiones* variæ esse possunt, de illis autem si dubium deinceps subnascatur, *interpretandis*, gravissimæ sæpe oriuntur contentiones, quæ, utut ex iis, quæ supra de *Interpretatione* in univcrsum sunt tradita, facile possint componi, specimina tamen aliqua in re præsentî ostendere heic maluit Grotius, proposita generali regula, *quo quidque plus habet favoris, eo laxius accipiendum; quo longius abit, eo restrictius.* x) quam subjunctis *decem ac sex* consequentiis illustrat ipse, y) alias quoque facile potest suppleri. Dum vero circa dubia pacis capita interpretanda versantur partes, sæpius eos ruptæ pacis se mutuo accusare videmus, hinc *quando pax rupta* censeatur, disquiritur, z) longe enim differunt, *ex nova causa bellum suscipere, & pacem jam factam rumpere.* Posterius hoc *tribus modis* contingere, Grotius observat: quorum *primus* est, quando aliquid *fit contra* id, quod *omni paci inest*, utpote si *vis bellicacitra* novam causam, inferatur, a) quod varie considerari potest. Ratione *inferentium*, si socii fuerunt, qui tale quid faciunt, quanquam hoc modo, ut aliorum facto nos teneamur, pax facta, ni manifeste appareat, credi non debet. b) Deinde, si *subditi*, ad quod tamen, ut hic effectus sequatur, Imperantium *scientia, puniendi potentia & neglectus* requiritur, c) quibus præsentibus, ruptura fit, sive illi *per se* arma sumant, sive *aliis militando*, ni actum sit aliud. d) Ratione *eorum, quibus inferitur*, si sint vel totum *civitatis corpus*, vel pars, ut *subditi*, vel etiam *socii*, qui in pace comprehensi sunt. e) *alter* modus, quando fit *contra id*, quod in pace *dictum est expresse*, f) sive id, cui contravenitur, caput minoris, seu majoris momenti fuerit, g) ni *pæna conventionalis* sit adjecta, quo casu hæc potius commissa censeatur. h) aut *necessitas* alterum impediverit, i) quan-

i) quanquam & post læsam alterius *citra necessitatem* fidem integrum est *innocenti* pacem servare. k) *novissimus* modus est, quando fit id, quod *specialis pacis natura* repudiat, l) puta si quid *contra amicitiam* committitur, in qua tamen æstimatione, quantum fieri potest, facto detrahenda est invidia. m)

x) Grot. n. 11. add. D. Textor c. 20. n. 39. *segg.* Alb. Gentil. II. 4. p. 232. & III. 14. p. 591. y) *inde à n. 12. ad n. 26.*

z) *de quo peculiari capite XXII. egit* D. Textor.

a) Grot. n. 27. 28. add. l. 14. 15. 16. *pro soc.* Alb. Gent. III. 24. p. 703.

b) Grot. n. 29. c) Grot. n. 30. d) Grot. n. 31. e) Grot. n. 32. 33.

f) Grot. n. 34. g) n. 35. *secus, ac putat* Alb. Gentil. III. 24. p. 702.

h) Grot. n. 36. i) Grot. n. 37. Alb. Gentil. III. 24. p. 702.

k) Grot. n. 39. m) Grot. n. 40. 41.

IV. Sed hæc bellum finiunt *actū suo*: Sunt alia, quæ id faciunt *consensu ad aliud relato*, ut sortes, prælii exitus, arbitrii pronuntiatio. *Sortis aleæ* subijci belli exitus licite non semper potest, sed tum demum, quoties *de re* agitur, in quam *plenum* habemus *dominium*. n) *De præliis*, quæ definito numero condicuntur, belli finiendi causâ, puta in singulos utrinque, binos, ternos, & sic deinceps, *jure gentium* ea permiffa esse, nullum est dubium, *jure natura* putat Grotius, recte quidem *permiffi* posse, non autem *juste offerri*, o) sed & posterius asserere non dubito. p) *caeterum* qui sic in prælii exitum conjiciunt controversiam, *sibi* quidem *jus* quod habent, *adimere* possunt, non & alteri, qui non habet, dare, in regno non patrimoniali. q) Uter autem in præliis ejusmodi censeatur *Victor*, sæpe difficilem habet inspectionem; varia signa, utpote expeditione hostium ad sepulturam, ex lectione spoliatorum, desumuntur, sed nec hæc nec ista *per se* quicquam probant, nisi quantum cum *aliis indicis* valent, ad *docendam* hostium *fugam*.

r) Denique *arbitrorum* duo sunt genera, unum ejusmodi,

ut

ut parendum sit, ex *compromisso*, sive æquum sive iniquum pronuntiaverit, alterum ejusmodi, ut ad *boni viri arbitrium* redigi debeat, qui proinde *Conciliatores* tantum, seu *Mediatores* dicuntur. s) Alterius generis est arbitri sumtio, cum quis *ipso hosti de se arbitrium* permittit, quæ est *deditio pura*, subditum faciens eum, qui se dedit, ei vero, cui fit deditio, summam deferens potestatem, quocumque demum blandimento vocis exprimat, res manet, ut victor arbiter fiat, t) quo quidem casu, ex *rigore gentium*, ad mortem usque, jus suum extendere potest, sed *temperamento æquitatis* convenit, ne quem occidat, nisi id suo *facinore meritum*, & ne cui quicquam auferat, nisi in *justam pœnam*, intra hunc autem modum, quantum *securitas patitur*, ad *clementiam & liberalitatem* propendere, semper *honestum* est, interdum pro circumstantiis, etiam ex-morum regula *necessarium*; us) aliud est si *deditio* sit *conditionata*, ubi ultra conventionem jus victoris non produci-tur. x)

n) Grot. n. 42. add. II. 23. 9. Alb. Gentil. III. 15.

o) Grot. n. 43. add. II. 23. 10. p) nam quæ Grotius singulis objicit, etiam ad totum exercitum possunt referri, de cujus tamen justo certamine nemo dubitat. add. Zieglerus h. l. & Alber. Gentil. III. 15. p. 602.

q) Grot. n. 44. r) Grot. n. 45. add. Alb. Gentil. d. l.

s) Grot. n. 45. 46. *commentarii vicem heic præstat tractatio Puffendorffii V. 13. 3. seqq. add. Hobbes. III. 20. seqq. & Amplissimi Viri, Ulrici Obrechtii, nobilis Dissertatio, Sponsor Pacis.*

t) Grot. n. 49. u) Grot. n. 50. x) Grot. n. 51.

V. Quæ hæcenus dicta, *principalia* sunt, quæ bellum finiunt, restant *accessiones* pactionum, obsides & pignora. *Obsides* alii *sua voluntate*, alii *civitatis imperio* fiunt, sed teneatur civitas aut ejus Rector, incommodum his qui patiuntur, aut proximis repensare. y) Hostis vero *jure gentium*

tium quidem externo, interficere eos potest, non autem interno, nam ita & bona quoque habere, & hæredibus relinquere possunt. z) Obli libus ipsis quin *fugere liceat* non dubito, nisi si sem dederint. a) Cæterum odiosa est eorum obligatio, igitur in *aliam causam* non recte retinentur, *tanquam obsides*, retineri tamen forte poterunt, eo gentium jure, quo subditi ex facto Imperantium tenentur. b) *mortuo* eo, *pro quo obsides* venerunt, liberantur; c) ut & *mortuo Rege*, qui eos dedit, nisi causa dandi fuerit *realis*, d) aut, quod interdum fieri potest soletque, obsides non *meram alienæ obligationis accessionem* faciant, sed *revera partem principalem*, tanquam *expromissores*. e) Quod attingit *pignora*, quædam cum obsidibus *communia* habent, utpote quod & ex alio jam debito retinentur, quædam *propria*, quod quæ de iis est *actio*, non tam stricte sumitur, quam illa de obsidibus. f) an autem *juri relucendi* præscribi possit, & hic, & supra satis est expositum. g]

y) Grot. n. 52. z) Grot. n. 53. add. Alb. Gentil. II. 19. *Et ita hodie servari docet Hering. de fideiuss. c. 7. n. 538.*

a) Grot. n. 54. b) Grot. n. 55. c) Grot. n. 56. d) Grot. num. 57. e) Grot. n. 58. add. III. 23. 16. *quæ Zieglerus heic opponit, distinctione, nisi fallor, inter fideiussorem stricte dictum, & expromissorem, solvi possunt.*

f) Grot. n. 59. g) Grot. n. 60.

l.

Ad lib. III.
Cap. XXI.

Solent & inter bellum quandoque hostibus quædam concedi velut Belli commercia, qualia sunt induciæ, commeatus, captivorum redemptio. *Induciæ* h) de quarum *originatione varie* tradunt, i) nihil aliud sunt, quam *conventio, per quam, bello manente, ad tempus bellicis actibus abstinendum est.* k) addunt aliqui, *in paucos dies*, verum minus commode, solent enim & *in horas* dari, imo & *in annos plures*, viginti, triginta, quadraginta, etiam centum, quan-

quanquam posterioris generis induciæ *paci similiores* sint.

l) Earum *effectus* potissimi sunt, quod iis expiratis, nova iterum belli indictione opus non sit, m) *Expiratæ* autem censentur, quando præstitutum tempus effluxit, quod *computari* solet, interdum *continuo*, ad momenta temporis facienda numeratione, ut si *in centum dies* dictum sit, interdum cum designatione termini, à *KL. Januariis usque ad KL. Martias*, quo casu, prior terminus *exclusus*, posterior vero *inclusus* æstimari debet. n) *Obligare* incipiunt, ipsos *contrahentes* statim, ex quo contractus absolutus est; *Subditos* utrinque, ex quo ad notitiam eorum, per publicationem, pervenire potuit. o)

h) *de induciis extat Octavius Vulpellus, Venetiis excusatus. Habemus etiam eruditas Johannis Strauchii & Conradi Samuelis Schurzfleischii Dissertationes. add. ex Doctoribus Jurispr. Univ. præter Grotium. Alb. Gentil. II. 12. Textor. cap. XIX.*

i) *Grot. n. 2. prolixius Strauchius laudata Dissert. c. 1. n. 1. 2. seqq.*

k) *Grot. n. 1. desiderat quadam Zieglerus. Sed poterit res conciliari ex his, qua Strauchius c. 1. §. 6. annotavit.*

l) *observat hoc Alb. Gentil. II. 12. p. 302. 305. hinc etiam illa breviores, commodè voce, Armistitia appellantur. vid. Strauch. c. 1. §. 8. m) Grot. n. 3. n) Grot. n. 4. o) Grot. n. 5.*

II. *Quantum* per inducias liceat, ex ipsa definitione comprehendendi potest. Nimirum *illiciti* sunt omnes *actus belli*, sive *in personas*, sive *in res*, id est, quicquid *vi* aut *dolo* fit adversus hostem. p) *Sequetur hinc, regulariter, & nisi aliud con-* venerit, *ire & redire* ultro citroq; , eo paratu, qui *periculum nullum* ostendat, licere, q) *sicut & recedere cum exercitu,* item *reficere mœnia, milites conscribere;* r) *ast non licere, corruptis hostium præsidiis, quæ ipsi tenebant, loca invadere, nec subditos deficientes recipere.* s) *de eo dubitatum, an qui vi majore impeditus, quo minus recederet, intra fines hosticos deprehenditur, postquam exierint inducia, jus red-*
cundi

eundi habeat? sed rectè definiit *Grotius*, non habere *jure gentium*, imo nec *jure natura*, quatenus justo bello detineri possunt hostium subditi eorumque res. t) Aliquando ob *specialem conventionem* non licent, quæ alias permiffa essent, utpote si tantum *sepeliendorum hominum* causa datæ induciæ, in cæteris nihil immutandum. Si obsessis datæ, *ne oppugnentur*, nec auxilia nec comæatus admittuntur, & sic deinceps. u)

p) *Grot. n. 6. add. Strauchius noster, c. 4. & Alb. Gentil. II. 13.*

q) *Grot. d. l. r) Grot. n. 7. s) n. 8. t) Grot. n. 9. add. Alb. Gentil. p. 310. ubi contra Bartolum disputat. u) Grot. n. 10.*

III. Quod si induciæ *rumpantur* ab altera parte, læso liberum est, etiam sine nova indictione, ad arma venire: x) si autem pœna conventa sit, eaque poscitur ac solvitur ab eo, qui contra fecit, jam bellandijus non erit. y) Cæterum *privata facta* non rumpunt inducias, nisi publicus actus accesserit. z)

x) *Grot. n. 11. y) Grot. n. 12. z) Grot. n. 13.*

IV. *Ius commæandi*, quod alias *salvi conductus* a) nomine appellatur, extra inducias *privilegium* quoddam est, quare in ejus interpretatione sequenda sunt, quæ de privilegiis alias *Grotius* tradidit. Speciatim vero, heic eam ponit regulam: *quia hoc privilegium neque tertio noxium, nequæ danti admodum grave, ideo intra verborum proprietatem laxa magis, quam stricta interpretatio admittenda est*: b) quam subjunctis octo exemplis illustravit. c)

a) *de salvo conductu extat Gregorius de Magalottis, Tractatus tractatum quoq, inferius. add. Alb. Gentil. II. 14.*

b) *Grot. n. 14. c) inde à n. 15. ad n. 23.*

V. *Captivorum redemptio* multum habet favoris, d) & quæ contra tendunt *leges quorundam civiles*, indistincte probari non possunt, e) Cæterum, etsi captus servus non fiat,

fiat, potest tamen *jus in captivum* in alterum transcribi: f) Quod si ab uno dimissus, pretio nondum soluto, capiatur ab alio, etiam huic pretium debet. g) *Conventio* autem de pretio, semel facta, *rescindi* non potest, eo quod captus intelligatur locupletior, quam credebatur. h) Sicut nec *universalis acquisitio* heic locum habet, i) cum non alia captori bona acquirantur, quam quæ specialiter apprehenderit, cui consequens est, ut res eomodo celata, ad redemptionis pretium prodesse possit, quasi retento dominio. k) Duo supersunt, de quibus dubitarunt Doctores, primum, *an pretium conventum, & ante mortem non solutum, ab herede debeatur*: alterum, *an in carcerem redire debeat, qui dimissus est sub pacto, ut faceret dimitti alterum, qui factum morte præveniret*, utrumque tamen præclare expedit *Grotius*, illud sub distinctione, *non deberi, si in carcere, deberi autem, si in libertate sit mortuus promissor*. l) hoc, non teneri quidem dimissum custodiæ se reddere, teneri tamen ejus quod præstare non potest, æstimationem præstare. m) Utraque definitio *hodierna praxi militari* servatur. n)

d) *Grot. n. 23. add. Constitutio Justiniani L. 21. C. de SS. Eccles. ibiq; Gothofredus.*

e) *Grot. n. 24. f) Grot. n. 25. quanquam dissentiat. Alb. Gentil. II. 15. p. 333.*

g) *Grot. n. 26. h) Grot. n. 27. & ita servatur. Vid. Hoier. ad Jus mil. Brand. art. 70 p. 436. Burger. centur. 1. obs. 30.*

i) *quod quidem putavit Alb. Gentil. III. 5. k) Grot. n. 28. Hottomann. Quæst. Illust. 5. de praxi hodierna testatur Burger. cent. 1. obs. 31.*

l) *Grot. n. 29. add. Alb. Gentil. II. 15. p. 335. Stamm. de serv. person. L. 3. c. 5. Burger. cent. 1. obs. 32.*

m) *Grot. n. 30. Burger. cent. 1. obs. 33.*

n) *de utroq; luculentissimus testis est Hoierus, nominato loco p. 437. & 435.*

Z 3

I. Ali-

Ad Lib. III.
Cap. XXII.

Aliquando inter se paciscuntur, etiam *minores* in bello *potestates*, de quibus noscendum est, quomodo obligent *seipfos*, *summam potestatem*, *inferiores*. Et in genere quidem se obligant *promittendo*: o] aut *summam potestatem*, suo facto, dupliciter, aut faciendo id, quod *probabiliter* ipsorum *officio contineri* censetur, aut etiam extra illud, *ex præpositione speciali*, nota publice aut iis, quorum res agitur; p] potest etiam contingere, ut factum *Ministorum bellicorum non causa*, sed *ocasio* sit, obligationis *summæ potestatis*, puta, quando hujus *consensus* accedit, *ratihabitione*, vel expressa vel tacita, aut *ex re ipsa*, nascatur obligatio, quatenus locupletior sit. q] Imo fieri potest, ut obligetur qui præposuit, etiam si præpositus fecit *contra mandata arcana*, intra limites tamen publicæ functionis, eâ *ratione ac effectu*, ut à Grotio explicatum est. r] Quod si nullo casu *summa potestas* obligetur, *minister* obligabitur. s] In *inferiores* ita jus est, ut *Dux*, *militres*, *Magistratus*, *oppidanos* obligent, *intra eos actus*, qui *solent* ab ipsis *imperari*. t]

o] Grot. c. 22. n. 1. p] Grot. n. 2. q] Grot. num. 3. r] Grot. n. 4.
s] Grot. n. 5. t] Grot. n. 6.

II. In *specie* vero, de *belli causis* & consequentibus *transigere Ducum* non est, u] *inducias* tamen dare possunt, non *summi* tantum *Duces*, sed & *minores*, iis nempe, qui *oppugnant*, aut obfessos tenent, & *se suasq; copias* quod attinet. x] *Homines*, *imperia*, *agros*, *bello quesita concedere* itidem *Ducum* non est, at *nondum quesita condanare*, omnino est in potestate, tam *summorum*, quam *cæterorum*, *intra ea* quæ ipsis *agenda* commissa sunt. y] Cæterum in his *ducum pactis*, quia *de re* agunt *aliena*, quatenus *contractus* natura patitur, *adstringenda est interpretatio*; nempe ne aut

ex ipsorum facto summa potestas plus quam veller, obligetur, aut ipsi damnum subeant, officium faciendo, z) sicut adpositis *exemplis* a) Grotius ostendit.

u] Grot. n. 7. *add.* Alb. Gentil. II. ro. p. 228. Bodin. *de Rep.* III. 2. *indonec pactum super Redemptione captivorum, [Cartel] facere potest, nisi princeps id concesserit aut ratihabuerit. Vid. Feltman: Resp. Mil. IX. n. 60.*

x] Grot. n. 8. *add.* D. Strauchius *Diss. de Induc. c. 2. §. 3. 4. 5.*

y] Grot. n. 9. z] Grot. n. 10. a] Grot. n. 11, 12, 13.

I.

Vidimus haecenus de expressa hostium inter se fide publica, restat *privata*. Nam & privatos singulos, *milites* Ad Lib. III. Cap. XXIII. puta aut *paganos*, fide *hosti* datâ omnino adstringi, certum est, b] nec tantum hosti publico, sed & *latroni* ac *pirata*: c) obligatur vero tali casu etiam *minor*, qui ejus est status, ut actum intelligat. d] si ex *errore* promissum, à contractu recedendi jus est, si id quod per errorem creditum fuit, in mente agentis vim habuit conditionis. e]

b) Grot. c. 23. n. 1. Alb. Gentil. II. 11. c) Grot. n. 2.

d) Grot. n. 3. Alb. Gentil. p. 298. *quanquam non consentiam Grotio, omnia Minorum beneficia ex lege civili esse: utne enim in restitutione minorum: jus civile determinationes addiderit, illa ipsa tamen per se habet fundamentum in jure natura, sicut indicat l. 1. π. de Minor. ita ut promissa, qua ex imperfecta voluntate profecta videntur, efficaciter non obligent. Conf. qua ad II. 14. 1c diximus.* e) Grot. n. 4.

II. Quod autem *vim* & *effectus* attingit, quousque privatorum potestas extendat, difficiliorem habet inspectionem, id constat, quod *publicum* est, de eo à privatis disponi non posse, sed de ipsorum *actionibus* ac *rebus* quaeritur, nam & de his videri possent pacta cum hostibus *illicita*, *civium* quidem, ob *supereminentis, dominii* jus; *militum* vero, ob fidem *sacramento* datam: sed sciendum est, ea
pacta

paçta, quæ malum majus aut certius evitant, magis utilia, quam damnosa, etiam publico, cenferi, quare confensum civitatis præfumi, nî aliud diferte appareat. f) Sequetur hinc *promiffionem captivi*, feu juratam, feu fimplici fide nixam, (*auf Cavaliers parol*) de *redeundo in carcerem*, recte tolerari, & obligare promittentem. g) Item eft, fi promiffum fit, *ne in certum locum redeat*; ne *adverfus* eum, in cuius potestate eft, *vel unquam*, vel hoc faltim *bello*, aut alias certo tempore, *militet*; h) ne *fugam* cogitet. i) Quod fi tamen quis captus eft, quamdiu in tali ftatu manet, *le alii dedere* nequit. k) Cæterum *an privati, fi in fide præftanda negligentes fuerint, à fuis potestatibus cogendi fint, eam implere, fi hoftes jus poftulenti*? nobilis eft quæftio, quam recte definiit Grotius, verius id effe, in *bello faltim folenni*, ob jus gentium; l) quanquam rara erunt exempla, quibus fecundum Grotii fententiam judicatum fit, interim jus effe non definit.

f) Grot. n. 5. g) *varie alias difputatur ap. Alber. Gentil. II. II. p. 296. feqq. ipfe tamen p. 299. affirmat.* Juri communi & moribus noftris congruere, tradit Stammerius *de ferv. perf. L. I. c. 3. n. 14. de observantia testatur Hoier. ad art. Jur. Mil. Brandeb. p. 436. Interim ejusmodi dimiffus jure liber eft in fuis actionibus, poteft nuptias facere, & alia celebrare. Vid. præjudicia apud Feltmann. Refponf. Milit. IX. n. 65.*

h) Grot. n. 8. *Diffentit Alb. Gentil. II. II. p. 299. III. 14. p. 596 allegat q̄s plures. add. Bodin. de Rep. V. 6. Hotomann. Quæft. Illuftr. 7.*

i) Grot. n. 9. k) Grot. n. 10. l) n. 11. & *confentit Alb. Gentil. II. II. p. 301.*

III. De Interpretatione ejusmodi paçtorum, has regulas Grotius ponit, *ut à proprietate verborum non recedatur: & ut in dubio magis interpretemur verba contra eum, qui legem dedit.* m) quas deinceps exemplis quibusdam illuftrat. n)

m) Grot. n. 12. n) n. 13. 14. 15. 16.

I. Præ-

.I.

Præter fidem expressam quam hostes dant, accipiunt, Ad Lib. III.
Cap. XXIV.
inter se, est etiam tacita, cuius rei causa, quod consensu
sus qualitercumque, indicat, et acceptus, vim habet iuris
transferendi, non tantum autem consensu signa sunt: Vo-
ces et litteræ, sed et alia. qd est talia quidem, vel in sua
natura sua actui, utpote qui ab hostibus aut ab exher-
ditis Veniens, in alterius Populi aut Regis fidem se dat,
se tacite obligat, na quid faciat, adversus eum datum,
in quo prædictum præbit. p. d. Cui colloquium potulatur, aut
admittitur, tacite pollicetur, collocutionibus id innoxium fore. qd
quanquam, tacita illa voluntas non ultra tractanda est, nam
sunt collocutiones nihil patiantur. Specie colloquii aversere
hostem à belli consilijs, sua inextim promovere, perfidia
vacat, et dolis bonis annumeratur. r. d. Vch sunt alia
signa, mixta quidem, sed ex consuetudine significancia,
veluti, vitæ. Et rami oliivarum, Radarum erectis, Scuta car-
pili imposita, signa supplicis seditionis olim fuisse;
Hodie Vela candida signum habeant pacis colloquii, s. d.
& que huius generis sunt plura. Ea vero obligant non minus,
quam si voce sibi istis facta esset. ita et sponsio, à duobus
facta, tacite approbata censetur, ubi alij fuit cognitum, et
aliquid seudum, cuius rei causa alia ex sua voluntate con-
ferri probandi dari non possit. r. d. sane romisio tacite illi-
gitur, si acciperit alij talis, qui amicitiam per se extendat,
aut opinionem de tali virtute, cui merito ante facta condor-
nari debeant. r. d.

Et hoc. c. r. n. i. p. d. Host. n. 2. Alb. Geneil. II. q. ubi Populi, et alia trans-
fugari facta examinantur. q. d. Host. n. 9. Causi debentur rames ee, ne
facile hosti q. d. am. Vid. Fodder. ad II. Ann. p. 256. recurrebat digressi-
one, Cominad. l. 5. Host. p. 271. Exemplum huius rei, quod supra
delt. Falk. V. 57. r. d. Host. n. 4. r. d. Host. n. 2. ad. Dierger cent. i. obs. 16.
r. d. Host. n. 6. u. d. Host. n. 2.

Ad Lib. III.
Cap. XXV.

Correptis Graecis in bello suscipiendo, temeritatem, in gerendo crudeliter, nec in finiendo etiam fidelitatem committat, potuit ergo summa cum gloria opus tam nobili indubito suscepum Capellung, finire, id quod gratulabilis demum admonitione, et Vallo. Admonitione quidem, ad fidem colendam, cum propter famam; x) ad pacem, quarendam, in bello, servandam post bellum. In bello quarendam moneri quia in tota belli administratione non potest securus, et Deo fidens animus retineri, nisi semper in pacem prospiciat; y) quare etiam, si pax, euba satis haberi potest, et male factorum et damnorum, et sumptuum condonatione etiam condare debet.

z) Idq; ab eisdem iussit belligerantes omnes, non solum ob honestatem, sed et suam, quam inde capiunt utilitatem, si enim minus valent, periculofum est longum cum Valcatoribus certamen; a) Si validiores sunt, bonis suis rebus ample, et speciosa danti, b) pax est; b) Si pares, id optimum tempus de pace agendi, in sibi uterq; confidit. c) Post bellum vero servanda pax, quod non modo ab omni perfidia cavere, verum etiam omne illud quod animos exasperat effugere, ipsa humanitas abis rabio pudent. d) Quare in idem totum est, e) ut haec inscribat Deo, qui solus pax est, cordi, b) eorum, quorum res Christiana in manu est, et huiusmodi mentem divini, humaniq; Juris, inextinguibilem dicit, quaeq; semper cogitabit, lecta se ministro ad regendos homines Deo carissimum animal.

ad idem cogitandum id nostrum, quoq; ac Aristoteli profectum nostrum, animis, quaecumq; bona habentibus dicitur, benignissimum Numen in ad, ut et illi officium sui, aliquando hinc versari mature memores esse, et suo tempore, inter meliores saeculi presidia feliciter id expleat. Unde, possunt.

x) Grod. c. 2. r. i. y) n. 2. z) d. 2. a. n. 4. b) n. 5. c) n. 6. ed. Lips.
Sol. IV, ig. 20. d) n. 7. e) n. 8. fardem ex Tibory volo desumptum, ap.
Tard. IV. An. 26, 4. quo dicitur politica sua finit Lipsius.

ADDENDA.

AD Exercit. I. Prolegomen. §. II. lit. b.] Struvius *Præf. Tract. de Fudic.* *privat. ubi, hoc studium eleganter facere ad perfectionem & confirmationem Juris Romani, tradit; sed monet etiam, ne planè deseratur Jus Romanum, aut sibi quicquid, Jus Naturæ aliquid fingat.*

Ad Exercit. I. lib. I. Cap. I. §. VI. post lit. r.] *Sententia hac originem debet Theologi, qui contra eos disputarunt, qui putarunt, Deum posse legem naturæ mutare. Postea alii quoque Viri docti revocaverunt, pro proposito, sed forte nunc præerrationem. Scimus tamen adhuc ita B. Strauchius nosse ad Gratian. dist. I. n. 7. p. 9.*

Ad §. VII. eod. loc. lit. y.] *Objici posset, quod Deus habeat facultatem condendi Juris naturæ, ergo etiam abrogandi, quia utrumque ex natura Juris legislatoris fuit. Sed Resp. 1. in Rebus publicis Græci Legislatores iulerunt leges, sed non poterant abrogare, propter abdicatam Juramento facultatem, unde apparet, consequentiam per se non esse validam. 2. directe respondimus, quod Deus quidem possit, nisi aliud quid obstatet, aut impossibilitas esset in objecto. nam adest 3. omnino facultas mutandi, actu primo, sed actus secundus impeditur, ex natura Juris naturalis.*

Ibid. §. X. lit. s. post verba ex] *Ctis] Zieglerus ad Groc. p. 209. in præmis, sibi leges exemplar esse, ad quod bona conscientia possint ferri leges.*

Eod. loc. in fin.] *Feldenus ad II, 1, 14. Leges Mosaicæ omnis virtutis Magistræ esse, ait Groc. II, 19, 4. qui & alibi harum legum materiam, si non necessariam, certè honestam moraliter esse, tradit, quæ autem hujus generis sint, Christianos quoque obligare quippe vocatos ad majora virtutum specimina. II, 12, 20.*

Ad Exercit. II. Lib. I. Cap. IV. §. II. lit. f. post verba *debet necessitas]* *& Aristoteles agnovit, τὴν δ' ἰσὺς ἐν ἰσὺν ἀναγκαδίαν, ἀλλὰ μάλλον ἀπεθνήσκον, παδίοντα τὰ θρωπύτα. quædam autem fortasse sunt, ad quæ perperanda nemo cogi compelli potest, sed potius extrema quæque pati ac mori convenit. h. 3. Eib. c. 1.*

Ad Exercit. IV. Lib. II. Cap. V. §. I. lit. b. ab initio] *Quamquam videatur & Grocius II, 23, 12. huc inclinare, quando occupatæ imperiis concedis in Infantes. Resp. Nisi velis, loqui eum de eo casu, ubi patet nullus adf. alius ea philosophiæ est Hobbessii.*

Ibid. lit. c. in fin.] *Quando diximus, quod ex cura liberorum, non jus sed officium solum elicitur, meminimus objectum esse, quod propter curam liberi obligentur Parentibus ad gratitudinem. E. illa cura etiam jus elicit. B. 2. dist.*

inter jus benefactoris, & jus Patris potestatis, de posteriori solum hic quarimus non priori, nec illud ex cura aliusq. beneficium liberis tribuiti nascatur, non tamen hoc nascitur. 2. Illud jus benefactoris est imperfectum; qui accepit beneficium obligatur quidem ad gratiam, sed alter non habet jus exigendi; nos autem agimus de jure perfecto, ut cuius Pater etiam cogere filium possit.

Ibid. lit. e. post verba etiam refellit.] Obj. Si generatio est causa imperii paterni, sequitur, patrem & matrem habere potestatem æqualem, quia utraq. æqualiter concurrat, V. Grot. II, 8, 18. qualis autem causa, talis & effectus. R. I. disputatur adhuc inter Physicos, an parentes in generatione æqualiter concurrant, ut ex eodem loco Grecis constat. 2. est autem concedendum, verum solum est, quoad generationem nude, sive quoad merum actum Physicum consideratum, at sic non est causa imperii, quia alias etiam in bruciis & plantis procederet, sed quatenus moralitatis quid admixtum habet, quatenus illo actus in societate matrimoniali, à certis personis, marito & uxore, adeoque disparis non solum sexus, sed & juris, eo sine suscipitur, ut sibi certam prolem quærant: in quo actus cum marito, tanquam principale agens, & qui hinc socius quidem uxoris, sed talis est, qui imperium etiam in eam habeat, concurrat, utique non æqualiter concurrere dici possunt. 3. Concedi potest, utriusque Parentum competere æquale jus, quatenus consideratur in relatione ad filios, quatenus autem consideratur respectu Parentum, inter se ipsos, exercitium juris, matri competens, limitatur impedimento extrinsecus accedente, sc. jure superiori patris, quatenus ut maritus in ipsam quoque uxorem imperium habet, ut propterea, ubi uterq. parentum obedire simul non potest filius, imperium Patris præferatur.

Ead Exercit. §. IX. lit. k. in fin.] Dist. inter dominium, quæ dominus, & quæ familiæ caput, non illo, sed hoc respectu habere jus vitæ & necis. R. hoc jus involvit civile imperium, at semper opponuntur civitas & familia etiam magna. V. Grot. III, 8, 2.

Ad Exercit. V. Lib. II. Cap. IIX. lit. a. post verb. de A. R. D.] 2. etiam exinde probatur, quando in d. §. II. ait Imperator, quod sicut diximus, optime Accursius refert ad §. 1. 7. de I. N. G. & C. ubi jus Gentium Imperator post Gajum ita descripsit, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. Nam quod ratione naturalis inter omnes homines constitutum est, promiscue & naturale & Gentium jus appellatur, ut patet ex collatione d. §. II. cum l. 1. de A. R. D. ex qua decerpsum est textus in d. §. II. Quod autem jus Naturæ & Gentium, à Stoicis ita promiscue sumebantur, v. g. à Marciano, constat ex collatione l. 2. & l. 4. de R. D. 3. agitur hic de modis acquirendi juris privati.

F I N I S.